




754

F 4



754

F 4



四
卷之三

Inspexit C.C. Martindale V.D.

an. 1907.

Quod vero in ea culpa Deos mihi
fecerunt iniquos

fact iniquos.


~~1000~~ 5000 2500 1000 500 250 100 50 25 10 5 2 1

Convenit iste H. scribatur

146 1678, 5 missis 2678
1678, 5 missis 2678

122 *Fusilli* instead of *Spaghetti* 123 *Ditalini* 124 *Spaghetti*

1600-1650
1600-1650



55338
gkk

Oris hoc curara a Rob. Constantino
manus quo huc apparet modicis
eum facili dure

D. MAGNI AVSONII

BVRDIGALENSIS POËTAE,
19540 AVGVSTORVM PRÆCEPTO-
ris, virique Consularis
opera,

Tertia ferè partis complemento auctiora,
& diligentiore quam haetenus,
censura recognita.



Cum Indice rerum memorabilium.



Obmanni

L V G D V N I,
APVD IOAN. TORNÆSIVM.
M. D. LVIII.

Cum Priuilegio Regis.

Extrait des lettres du Priuilege
du Roy.

Par grace & priuilege du Roy est permis à Iac de Tournes Imprimeur & Libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer un Liure intitulé Decii Magni Ausoni Paonii Burdigalenis Poëtae clariss. opera omnia quæ antehac edita sunt ; quæq; nunc primùm in lucem prodeunt. Et fait défenses de par ledit Sieur, à tous Libraires, Imprimeurs & personnes quelconques, de non imprimer ne faire imprimer, vendre ne distribuer en ses païs, terres & signeuries ledit liure susnommé, sans le vouloir & consentement dudit de Tournes, sur les peines contenues esdites Lettres du Priuilege : & ce, jusques au tems & terme de dix ans, à compter du jour & date de la première impression, comme plus à plein est contenu esdites lettres de Priuilege, sur ce donnees à S. Germain en Laye le xxv. de Decembre, l'an de grace 1557.

Signé De Vabres.

TYPOGRAPHVS

LECTORI.



V M antea mihi nihil in vita prius, aut potiusquam fuerit optime Lecto^r, quām vt quæ tibi grata fore intelligebam, ea quām primum fideliter exuderem quibusvis etiam impensis aut laboribus tūm maximè hoc tempore, ὡς της εἰλικρίνης κονών ἐπραγμόν, oblato mihi Ausonii ferè integro poēmate, quod hactenus tertia propemodum parte lacerum & mutilum, tamen propter hominis acumen, in pangendisq; versibus varietatem atq; elegantiam certatim lectitatum est ab omnibus, in tam bona, inquam, occasione promerēdi tui, nolui mihi ipse deesse. Itaq; hoc ipsum typis excusum venustioribus, & tuus vt putabam, magis accommodatum studiis, recognitum, ac emendatum quām fieri potuit accuratius, ecce tibi legendum & terēdum offerimus. Ne tamen dum tibi gratificari magnoperè labotramus, in reprehensorum & vitilitigatoriū, vt scitè vocabat Cato, sermonem & dicacitatem incurramus, quam vellemus etiam si licet effugere, ingenuè fatēdum est, & id quidem paucis: αὐτὸς δὲ οὐ μῆθες της ἀληθείας, οὐδὲ ποιηλων δεῖται ἀδικηθεὶν επινεμέατων, vt in Phoenisis dixit Euripides. vni-

A 2 cum

cum fuit exemplar , ex quo ista descripta sunt, ac
vetustum admodum, sic factum, vt quò plus fidei
atq; autoritatis illi propter vetustatem accede-
ret, cò magis in legendo exhiberet molestiæ. Sed
tandem improbo labore , omnem difficultatem
superauerūt hi, quibus hoc legendi atq; transcri-
bendi negotium iniunxeram : quorum opera
tamen necdum contentus , curauit etiam vt do-
ctorum hominum censuram subiret , qui omni
studio atq; conatu , illud suo nitoris restituere la-
borarunt : vt opus tam elegans ac concinnum, si
non emendatissimum (quod per te satis intelligis
in huiuscemodi vetustissimo atque vnico codice
præstari ab homine nemine potuisse) saltē vt quā
minimum deprauatū atq; lacunosum legeretur.
Eo pacto errata, si qua sunt , non nostra incuria,
sed sanè iudicatō ac consultō prætermissa iudica-
bis : ne exemplari aliquando fortasse meliore
reperto, quod cupimus, meritò nostra culparetur
nimia sedulitas, aut potius in castigandis errori-
bus morositas: vti hisce temporibus, seuerioribus
Aristarchis non parum multis, vñsu venire confue-
uit : qui vt ille Callimachus Cacizotechnos di-
ctus, sed ille quidē sua, vt isti aliena, opera vsque-
adē atterunt atq; elimant , dum ingenii famam
in aliena messe ambitiosius aucupantur, cùm ta-
men, vt dixit Plinius , nimia cura deterat magis,
quām emendet , vt immoda diligentia operi
detrahāt gratiam. Quod certe quidem nunquam
facerent, si Martialis documenta sequerentur.
Turpiter, inquit ille, facit, qui in alieno libro ni-

mis

mis ingeniosus est. Accipies igitur eorum iustam
excusationem & meam: dum malumus tibi bona
fide retectis vitiis, veras merces offerre, quām ce-
latis , dolo malo fucatas obtrudere. Præstitum
tamen à nobis , ausim confidenter polliceri , vt
perlecto libro nec consumpti laboris , nec
impensæ pecuniæ te posgit vnquam
pœnitere. Quare δέχεται τούτην
ἀγαθήν, & gratus
fruere.

*



R. CONSTANTINVS LE-
CTORI, PER APOSTROPHEN AD
Henricum Regem Galliarum, expugnato
Gesoriaco Caletorum.

Quas meis Ausonij segetes, runcauiimus: a fbris
Sentibus obductus tribulisq; horrentibus, ante
Squallebat neglectus ager tam fertilis, eius
Causa situs fuerat, misis inimica uetus, stas,
Atq; infensa Pales, quod tanta incuria nostra:
Nec quisquam fautor studijs, agricq; colonis
Musarum extiterit iam per tot secula, priusquam
Franciscum regem Gallorum protulit etas,
Felix illa quidem: at nostrum felicius aevum.
Si modo, uirtutisq; heres sceptriq; paterni
Rex Henrice, tuis gestorum Annalibus, istam
Accumules laudem: quod pulsas Marte feroci,
Compositis rebus renoces, souerasq; Camoenas,
Quae tua facta carent per non mortalia secula,
Et duplice cingent tua tempora, maxime Cesar,
Victricis palme ex folijs, hederaeq; corona.

CONSTANTINVS DE
AVSONIO.

Μειλιχίοις ἐπέεστι βέοντα γε δῖον αἰσθήσην
Αυσόνιος φθονερῶς καῦσε Κρόνος σκότει,
Εἰσόκε μυσάων δμῶες αὐεδὴν μελέτη τε
Ηγαλον ἐπι μηνοφερῆς νυκτὸς ἐσ ἡέλιον.
Χάρητε γούν λόισος, σφέτερ ὅπει οἴηματα τεύχα
Οὐχ' οἶσις τε φέλει καιρὸς ἀπολλύμενη.

REVERENDO IN CHRISTO

PATRI AC DN. DN. ANTONIO
ab Albone Abbatii Sauiniaci & Inl.
sulæ Barbaræ

*

G. Paradinus Bellioccensis Ecclesiae
Decanus.

Ne uirides lauros, & uinctas fasce secures,

Quodq; tulit Muisis Roma curule decus,

Ne Latij trabeas, sumimi gestamen honoris

Aetatis caries obruat una semel:

Deniq; neu memores capiant obliuia fastos

Consulis Ausonij, consulit ipse sibi:

Ingenij dum sculpta sacri monumenta per aevum,

Et dignum eterna luce relinquunt opus.

Postera pars cuius que deplorata latebat,

Auspicio est presul uiua recepta tuo.

Presul ab antiquo soboles Albōne resurgens,

Et tanto exortis semine dignus auis:

Stirps aquœua polo, senioq; antiquior omni:

Allobrogum à priscis Reginis unde genus.

Tu pius Ausonium reuocasti à morte ruentem:

Qui uitam, euicta morte, superstes agit.

Acceptum ipsa refert tibi grati Aquitania uatem,

Ausonius uitam, debet uterq; tibi.

A 4

IN

IN OPVS AVSONII ANTEA

NON EDITVM, NVNC PRIMVM
Steph. Charpini ecclesiæ Lug. Presbyteri opera,
ex perantiqui insulae Barbaræ cœnobii bibliotheca erutum, ac liberalitate Reuerendi Dn. Antonii ab Albone, eiusdem loci Abbatis Decani, in lucem emissum, G. Paradinus Ecclesiæ Bellioci Decanus.

Omnibus excultus numeris emergit in auras

Ausonius, partu posteriore nitens.

Alterutram ipse sui queritur dum uiuere partem,

Dimidium uates sensit abesse sui.

Altera uiuebat pars altera mersa sub umbris

Nescia adhuc sacræ posteritatis erat.

Viuiscum funus uisa, & uitalis abortus,

Dum parte exanimis, parte superstes agit.

Non tulit banc Vati maculam Charpinus inuri,

Diuiduum ut monstrum, semiserumq; foret.

Nam uigil eterni de fuicibus eruit æui

Ausonij extinctum penè cadauer opus.

Quod blattæ, & Musis genus execrabilis, uermes,

Quodq; ætas putri dente uorabat anus.

Nunc ita commissis iunctim compagibus hæret,

Corpus ut in solo uiuere utrunq; putas.

Et carie incana, terso & squalore, Poësis

Ausonij spectat nunc rediuiua diem.

Qualia perfrictis splendent sculpta ora metallis,

Excussoq; micant æra uetus situ.

Clara sit eternum Vassatis fama Poëte,

Et sine fine decus, nec sine fruge labor.

AVSONII GALLI VITA,

ex libro quinto Petri Criniti de
poëtis Latinis.

DECIVS Ausonius, genere Gallus, patria Burdigalenſis fuit: quæ res apertè indicatur, cùm locis pluribus, tum præcipuè his versibus:

Burdigala est natale solum, clementia cœli

Mitis, ubi & rigua larga indulgentia terra.

Vixit, vt constat, imperatibus Valentino & Valentiniano Augustis, quibus magnopere acceptus traditur ob ingenium atq; excellentem doctrinā: sed longè nobilior factus est sub Gratiano Cæsare, quem in Latinis literis atq; honestis disciplinis magna diligentia erudiuit, vt paulo post dicimus. Parentem habuit nomine Ausonium, professione medicum, multisq; ac variis honoribus illustratum: quod ipse poëta Ausonius testatur eo carmine, quo pietatem suam professus est in deplorando obitu patris. Quidam imperitissimè faciunt, qui ad hunc poëtam ea referunt, quæ ad patrem Ausonij pertinent. Cæsar Valentinianus tantum concessit moribus atq; doctrinæ Ausonij, vt eum præcipuè delegerit inter cæteros omnes, qui Gratianum filium instrueret, eiusq; in genium Latinis literis eruditum. Quocirca maximam nobilitatē adeptus est, adeo vt paulo mox patrocinio Cæs. Gratiani prouectus fuerit ad consularem dignitatem quam honestissimis suffragijs, vt abude percipitur ex illa nobili gratiarum actione, qua imperatori optimo, & discipulo hu-

A 5 manif

manissimo gratulatur. Per multa composuit & prosa oratione, & carmine. Librum Epigrammatum magna ex parte à Græcis poëtis acceptum, in Latinos numeros conuertit, mira elegantia, patet; ingenio. Fuit enim Græcè ac Latine peritissimus. Item de ijs vrbibus scripsit, quæ nobiliores atq; clariores haberentur, vario, & multiplici genere carminum, ex quo poëmate quædam veluti fragmenta adhuc leguntur. Puellam nomine Bissulam multis carminibus celebravit, admiratus egregiam illius formam, singularemq; venustatè. De fluvio Mosella (qui Lingonum fines prætergrediens in Rhenum influit) in quo maximâ laudem (vt est autor Symmachus) iure optimo sibi vendicavit. Siquidé incredibili elegantia virtutur in eo describendo. Fastorum præterea libros absoluit, opus magni laboris ac multarum vigiliarum. à principio enim vrbis conditæ auspiciatus est, continuato ordine vsq; ad suum consulatum, vt his versibus testatur:

Vrbis ab æternæ deductam rege Quirino
Amorum seriem cùm Procule accipies,
Mille annos, centumq; & bis fluxisse nouenos
Consulis Ausonij nomen adusq; leges.
Fors erit ut lustrum cùm se cumulauerit istis,
Conficitam Proculus signet Olympiadem.
Inter amicos præcipue habuit Tetradiū Gallum,
Paulinum poëtam, & Hesperium. Quorum studium atq; benevolentiam pluribus ac varijs epistolis testatur. Symmachus autem vir consularis & apprimè doctus, tantum poëta Ausonio detu-

lit, vt assertum ab eo sit, neminem esse omnium mortalium, quem in officio amicitia comparet. Extant adhuc epistolæ ipsius Symmachi, ve lut optimi testes tam mutuae, tamq; singularis inter se necessitudinis. Neq; dubium est eundem Ausonium inter Christianos relatum, quod illius opera multis locis demonstrant. De obitu ipsius nihil certi habetur ex veterum lectione: et si quidam tradunt nonagenarium perijisse. In quo magno errore decipiuntur, cum id ad parentem Ausonij pertineat.

A D S T E P H A N V M C H A R P L
N V M A V S O N I I P O E T A E
A S S E R T O R E M L V D O
V I C Y S M I R A E V S.

*

Abdita dum reuocas nigris monumenta latebris
Ausonij, & purgas inclyta scripta situ,
Qui tineas blattasq; inter rixatus abunde,
In lucem saluus uindice te rediit:
Nostra tibi multum debere intelligit ætas,
Et accepta tibi commoda iure resert.
Non minor est horum uirtus qui scripta uetus
Restituunt, quam qui composueré prius.

Totig[us] auctor sit
Hoc, I. confitit. (—
eo est)

BENEDICTI THEOCRENI,
Episcopi Graffensis, Regis Francisci liberorum
præceptoris, "de Decii Ausonii poëtae Galli lau-
dibus, ad urbem Burdigalam Apostrophe.

O salve Ausonij mater Graijq; poëte,
Mirum, cum nec sis Graia nec Ausonia:
Te tamen Ausonijs et Graij urbibus æqual.
Filius eloquio tantus utroq; tuus.
Hicne salutauit primum dum nascitur, astræ
Hicne meus primum uagijt Ausonijs
Ausonius cui mox orienti laurea cinxit
Frons caput, Aonidum que fuit ambitio.
Musarum fuit ambitio nempe illa, coronam
Festinis manibus huic properare nouam:
Quem Roma ornaret, quem mirarentur Athenæ,
Cuius et arderet Cæsar ab ore cani.
Permessum et Tybrim uisisse fluenta Garumnae
E tam longinqua quis regione putet?
Viserunt tamen, et se se miscere parabant
Vno cursuris flumine semper aquis.
Ni uetus hic, cuius studio permotus uterque
Mutare antiquum constituere solum.
Felix terra uiri partu cui mœnia debes
Aeterno ingenij mœnia structa opere.
Non tu quod populis statuas confinia magnis,
Celticq; insigni limite rura feces:
Non ignota tibi quod sint commercia gentis
Nullius, egregij commoditate situs:
Maius habere puta decus, ac genuisse Poëtam,
Laudari sine te qui nequit, Ausonium.

At

THEOCREN. DE AVSONIO.

At tibi qui famam clausisti finibus ijsdem,
Quis Graium & Latium clauditur eloquium:
Haud male successit, tua quod te Musa probauit
Cæsaribus: fateor, sors fuit æqua tibi.
Nec minus æqua illis, rapidi quos moribus æui
Ereptos domita uiuere morte facis.
Nil conferre hominem mortales credite maius,
Quam quod non metuat temporis inuidiam.
Sed si te potius nobis haec secula tulissent,
Aetatisq; huius gloria tanta foret:
Non erat externus Princeps adeundus, honores
Ad summos cuius prouehereris ope.
Ipsa suo indulgens affectu patria, honores
Non sineret laudem Cæsaris esse tuos.
Oblatum sed enim proprio te sedula Regi
Tenderet ingenij conciliare bonis:
Regi cuius opes nullis aut scepira secunda.
Sed nec opes illum tantæue sceptræ magis
Commendant, quam quod fortuna et corpore tali
Celestis dicit dona priora animi.
Hunc licet in numero Nemesis concusserit ictu,
Deturbare loco callida non potuit.
Inter damna minor nunquam se scilicet ipso
Presidijs ingens constituit usq; suis.
Hic simul audisset moueas quo plectra canore,
Inspiret se se quantus Apollo tibi:
Mox te felicem, cui tanti numinis aures
Mulcendas oci tempora grata darent.
Quinetiam curas grauiores inter et arma
Non fastiditus conspicere comes.
Nusquam tam faciles aditus, tamq; obvia doctis

Grat

THEOCREN. DE AVSON.

Gratia, non Muisis notior ulla domus,
Limina quām Regis Francisci: consule doctos
Quos hodie magnus Sol ubicunque uidet.
Consule Budaeum, cui primas protinus uni
Non deferre nefas, liuor inique tace.
Ille frequens tanti Heros uersatur in ore,
Ut prima hac merito laus sit habenda hominis.
Præmia uirtutis misquam maiora putauit
Olim principibus quām placuisse uiris.
Divitias magnis huic illi apponere prouum est
Regibus, at laudum conditio est alia,
Longe aliud pondus: nequeunt conuellier ulli
Fortune impulsu, surgat ut illa grauis.
Sed neque in absentem non est procluus Erasnum,
Extinctoq; dedit Naugero lachrymas.
Te uero immensum miratur Lascaris, at te
Mago emat Italianam linquere posse tuam,
Vida, decus uatum, qui tam felicibus ausis
Vergilium uero proximus affimulas.
Quid te non memor em Coline o candidate dudum
Nominis o presens buccina luxq; mei?
Imprimis tua uox Regem gravitate sonora,
Seu tua scripta legas, siue aliena iuuat.
Langos cur mitto duos, unumq; Bayphum,
Pignora inexhauste qui bene laudis habent?
Francisci eximio quod regis amore probentur,
Hoc satis est, sacri uis ea iudicij.
Quod si uos etiam Brixii et Macrine licret
Noscere, quos adeo non uidet Aula frequens:
Vos quoq; doctrinæ precium non uile maneret,
Nec foret extremo gloria uestra loco.

THEODOSIVS AVGUSTVS
AVSONIO PARENTI
SALVTEM.

 MOR meus qui in te est, & admiratio ingenij atq; eruditiois tuae, quæ multo maxima sunt, fecit, parens iucundissime, vt morem principibus aliis solitum sequestrarem, familiaremq; sermonem autographum ad te transmittarem: postulans pro iure non quidem regio, sed illius priuata inter nos charitatis, ne fraudari me scriptorum lectione patiaris: quæ olim mihi cognita, & iam per tempus oblita, rursum desydero: non solum ut quæ sunt nota recolam, sed vt ea quæ fama celebri adiecta memoratur, accipiam, quæ tu de promptuario scriniorum tuorum, qui me amas, libens impartiare, secutus exempla auctorum optimorum, quibus par esse meruisti, qui Octauiano Augusto rerum potienti certatim sua opera tradebant, nullo fine in eius honorem multa condentes. Quilo
los haud sciam an aequaliter ac ego te, admiratus sit: certè non amplius diligebat.

Vale pa-
rens.

*

A V S O N I V S T H E O D O S I O
A V G V S T O .

Agricolam si flava Ceres dare semina terre,
Gradius iubeat si capere arma ducem,
Soluere de portu classem Neptunus inermem,
Fidere tam fas est quam dubitare nefas.
Insanum quanuis hyemet mare, crudaq; tellus
Semibus, bello nec satis apta manus.
Nil dubites, autore bono mortalia querunt
Confilium certus iussa capesse Dei.
Scribere me Augustus iubet, et mea carmina poscit.
Penè rogans: blando uis latet imperio.
Non habeo ingenium: Cæsar sed iussit, habebo.
Cir me posse negem, posse quod ille putat:
Inualidas uires ipse excitat, et iuvat idem
Qui iubet: obsequium sufficit esse meum.
Non tutum renuisse deo: laudata pudoris
Sæpe mora est, quoties contra parem dubites.
Quinetiam non iussa parant erumpere dudum
Carmina: quis nolit Cæsaris esse liber?
Ne ferat indignum uatem, centumq; lituras,
Mutandas semper deteriore nota.
Tu modò te iussisse pater Romane memento,
Inq; meis culpis da tibi tu ueniam.

Simile illi
Poteras cu
rogar, iubet

D· M A G N I
AVSONII PAEONII
BVRDIGALENSIS
EPIGRAMMATA.



De Augusto Epigramma primum.



Hœbe potens numeris, preses Tritonia
bellis,
Tu quoq; ab aereo præpes Victoria lapsu
Come serenatam duplice diadematæ fron-
tem,

Serta ferens quæ dona togæ, quæ præmia pugne.
Bellandi fandiq; potens Augustus, honorem
Bis meret: ut geminet titulos, qui prælia musis
Temperat, et Geticum moderatur Apolline martem
Arma inter, * Gotbosq; truces, furtoq; nocentes
Sauromatas: quantum cessat de tempore belli,
Indulget latijs tantum inter castra cancenis.
Vix posuit uolucres stridentia tela sagittas,
Musarum ad calamos fertur manus: ocia nescit,
Et commutata meditatur arundine carmen:
Sed carmen non molle modis, bella horrida Martis
Othrysij, Thressæq; uiraginis arma retractat.
Exulta, Aeacide: celebraris uate superbo
Rursum, Romanusq; tibi contingit Homerus.

*Cimbros

De suis poëmatiis. 2
Nostra simul certant uarijs epigrammata nugis,
Stoicus has partes, has Epicurus agit.

a

Salut

Salua mihi ueterum maneat dum regula morum,
 Ludat permixtis sobria musa iocis.
 De fera à Caſare interfecta. 3
 Cedere que lato nescit fera fauia ferro,
 Armatijs urget tela cruentz uiri:
 Quām grandes paruo patitur ſub uulnere mortes,
 Et ſolam leti uim probat eſſe manum.
 Miratur caſusq; nouos, ſubitq; ruinas,
 Quas ferat à celeri uulnere dextra ualens.
 Nec contenta ičtos letaliter ire per artus,
 Coniungit mortes una sagita duas.
 Plurima communi pereunt ſic fulminis ičtu.
 Hæc quoque de cælo uulnera muſſa putes.
 Danubius Nilum alloquitur. 4
 Illyricis regnator aquis, tibi Nile ſecundus
 Danubius letum profero fonte caput.
 Saluere Augustos iubeo, natumq; patremq;
 Armiferis alii quos ego Pannonijs.
 Nuncius Euxino iam nunc uolo currere ponto,
 Ut ſciat hoc ſuperū cura ſecunda Valens:
 Cæde, fugâ, flammis ſtratos perifffe Sueuos:
 Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.
 Quod ſi lege maris reſluis mibi curreret annis:
 Huc poſſem uičtos inde referre Gothos.
 Sub Valentiniā iunioris ſigno
 marmoreo. 5
 Nunc te marmoreum pro ſumptu fecimus: at cùm
 Augustus frater remeauerit, aureus eſto.
 Piſturæ ſubdit, ubi Leo una à Gratiano
 ſagitta occiſus eſt. 6
 Quod leo tam tenui patitur ſub arundine letum,

Non

Non uires ferri, ſed ferientis agunt.

De matre Augufti. 7

Ante omnes alias felix tamen hoc ego dicar,
Siue deum peperi foemina, ſiue uirum.

In tumulum hominis felicis. 8

Sparge mero cineres, & odoro perlue nardo
 Hospes, & adde roſis balsama punicet:
 Perpetuum mihi uer agit illachrymabilis urna,
 Et commutaui ſecula, non obij.
 Nulla mihi ueteris perierunt gaudia uitæ.
 Felix, ſeu memini, ſiue nihil memini.

Exhortatio ad modestiam. 9

Fama eſt fictilibus coenaffe Agathoclea regem,
 Atque Abacum Samio ſepe oneraffe luto,
 Fercula geminatis cum poneret horrida uafis,
 Et miſceret opes, pauperiemq; ſimul.
 Querenti causam, reſpondit, Rex ego qui sum
 Sicanie, figulo ſum genitore ſatus.
 Fortunam reuerenter habe, quicunq; repente
 Dives ab exili progrediere loco.

Danubius. 10

Danubius penitus caput occultatus in oris,
 Totus ſub ueftra iam ditione fluo.
 Qua gelidum fontem medijs effundo Sueuis,
 Imperijs grauidas qua feco Pannoniaſ,
 Et qua diues aquis Scythico ſoluo oſtia ponto,
 Omnia ſub ueftrum flumina mitto iugum.
 Auguſto dabitor ſed proxima palma Valenti,
 Inueniet fontes hic quoq; Nile, tuos.

a 2

De

De uxore quæ uirum uoluit ueneno
necare.

11

Toxica zelotypo dedit uxor mocha marito:
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti letalia pondera uiui,
Cogeret ut celerem uis geminata necem.
Diuidat hæc si quis faciunt discreta uenenum:
Antidotum sumet qui sociata biberet.
Ergo inter se se dum noxia pocula certant,
Ceſſit letalis noxa ſalutifera:
Protinus & uacuos alii petiere recessus,
Lubrica deiectis qua uia nota cibis.
Quam pia cura deum, prodeſt crudelior uxor:
Et cum fata uolunt, bina uenena iuuant.

In pictorem deæ Echus.

12

Vane quid affectus faciem mihi ponere pictor,
Ignotamq; oculis follicitare deam?
Aēris & lingue sum filia, mater inanis,
Indicij uocem quæ sine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens,
Ludificata sequor uerba aliena meis.
Auribus in uestris habito penetrabilis Echo:
Et si uis similem pingere, pinge sonum.

In simulacrum Occasionis &
Pœnitentia.

13

Cuius opus? Phidie, qui ſignum Pallados, eius
Quiq; Iouem fecit, tercia palma ego ſum.
Sum dea quæ rara, & paucis Occasio nota.
Quid rotule inſiſtiſt: stare loco nequeo.
Quid talaria habes? uolucris ſum: Mercurius f. quæ
Fortunare ſolet, tardo ego, cum uolui.

Crin

Crine tegis faciem cognosci nolo. Sed heus tu
Occipiti calvo es. ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes dicat tibi. Dic rogo, quæ ſis.
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum dea, quæ facti, non facti, exigo poenias:
Nempe ut poeniteat, ſic Metanea uocor.
Tu modo dic quid agat tecum: ſi quando uolauit,
Hæc manet: hanc retinent, quos e go præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Epitaphium Anitæ puellæ.

14

Omnia quæ longo uitæ cupiuntur in æuo,
Ante quater plenum consumpsit Anitia luſtrum.
Infans lactauit, pubes, & uirgo adoleuit,
Nupsit, concepit, peperit, iam mater obiuit.
Quis mortem accuſet? compleui mūnia uitæ.
Iam meritis anus eft, & adhuc ætate puella.

Ad Gallam puellam iam ſene-
ſcentem.

15

Dicebam tibi Galla, ſenescimus, effugit ætas:
Vtere reni tuo. casta puella anus eft.
Spreuifit, obrepſit non intellecta ſenectus,
Nec reuocare potes, qui periere, dies.
Nunc piget, & quereris quod non aut iſta uoluntas
Tunc fuit, aut non eft nunc ea forma tibi.
Datamen amplexus, oblitaq; gaudia iunge:
Da fruar, & ſi non quod uolo, quod uolui.

De Lepore capto à cane marino.

16

Trinacrij quondam currentem in littoris ora
Ante canes leporēm cœruleus rapuit.

A 3

At

At lepus, in me omnis terra pelagiq; rapina est:
For sitan & cœli, si canis astra tenet.

De Pergamo scriptore fugitivo, qui
captus fuerat. 17

Tam segnis scriptor quām latus Pergame cursor
Fugisti, & primo captus es in stadio.

Ergo notas scripto tolerasti Pergame uultu,
Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Pergame, non recte punitus fronte subisti
Supplicium lente quod meruere manus.

At tu qui dominus, peccantia membra cōrce:
Iniustum falso excruciare reos.

f. falso ex cruciare reos
Aut inscribe istum que non uult scribere dextram,
Aut profugos ferri pondere nocte pedes.

De Myrone qui Laidis noctem togauerat. 18

Canus rogabat Laidis noctem Myron:

Tulit repulsam protinus,

Causamq; sensit, & caput fuligine

Fucauit atra candidum:

Idemq; uultu, crine non idem Myron,

Orabat oratam prius.

Sed illa formam cum capillo comparans,

Similemq; non ipsum rata,

Fortasse & ipsum, sed uolens ludo frui,

Sic est adorta callidum,

Inepte quid me quod recusaui rogass?

Patri negauit iam tuo.

De opinione quam de illo habebat
eius uxor. 19

Laidas & Glyceras lasciuæ nomina famæ.

Coniux in nostro carmine cum legeret,

Ludere me dixit, falsoq; in amore iocari:

Tanta illi nostra est de probitate fides.

Ad uxorem suam, quod debeat uiuere,
& oblectari. 20

Uxor, uiuamus quod uiximus, & teneamus

Nomina que primo sumpsimus in thalamo.

Nec frater ulla dies ut commutemur in ævo,

Quin tibi sim iuuenis, tuq; puella mibi:

Nestore sim quanuus proeclior, emulacq; amis

Vincas Cumanam tu quoq; Deiphoben.

Nos ignoremus, quid sit matura senectus:

Scire aut meritum, non numerare decet.

In Meroen anum ebriosam. 21

Qui primus Meroë nomen tibi condidit, ille

Theſide nomen condidit Hippolyto.

Nam diuinare est nomen componere, quod sit

Fortune, & morum, uel necis indicium.

Proteſilae tibi nomen ſic fata dederunt,

Victima quod Troiae prima futurus eras.

Idmona quod uatem, medicum quod lapida dicunt.

Discendas artes nomina preuenient.

Et tu ſic Meroë, non quod ſis atra colore,

Vt que Niliaca naſcitur in Meroë:

Infusum ſed quod uinum non diluis undis,

Potare inmixtum ſueta merumq; merum.

Ex Græco traductum de statua

Nemesis. 22

Me lapidem quondam Perse aduexere, trophæum

Vt fierem bello, nunc ego ſum Nemesis.

At ſic ut Græcis uictoribus aſto trophæum,

Punio ſic Persas uimloquos Nemesis.

De uarietate fortunæ ex Græco. 23

Theſauro inuenio qui limina mortis inibat,
Liquit ouans laqueum quo peritus erat.
At qui quod terra abdiderat, non repperit aurum,
Quem laqueum inuenit, nexuit, & perijt.

Idem aliter. 24

Qui laqueum collo neciebat, repperit aurum,
Theſauriq; loco depositum laqueum.
At qui coniderat, postquam non repperit aurum,
Aptauit collo, quem reperit laqueum.

De Thrasybulo Lacedæmonio, qui fortissime dimicans occubuit. 25

Excipis aduerso quod peccore uulnera septem:
Arma super ueheris quod Thrasybulus tua:
Non dolor hic patris, Pitana sed gloria maior.
Rarum, tam pulchro funere posse frui.
Quem postquam mæsto socij posuere feretro,
Talia magnanimus edidit orsa pater:
Flete alios, natus lachrymis non indiget ullus,
Et meus, & tali, & Lacedemonius.

Ex Græco de matre Lacæna. 26

Mater Lacæna clypeo obarmans filium,
Cum hoc (inquit) aut in hoc redi.

In diuitem degenerem mæcho genitum. 27

Quidam superbus opibus, & fastu tumens,
Tantumq; uerbis nobilis,
Spernit uigentis clara seculi nomina,
Antiqua captans stemmata,
Martem Remumq; & conditorem Romulum
Primos parentes nuncupans,

Hos

Hos ille Serum ueste contexi iubet,
Hos cælat argento graui,
Cæris inurens ianuarum limina,
Et atriorum pegmata,
Credo, quod illi nec pater certus fuit,
Et mater est uerè lupa.

Antisthenis Cynici imagini subdit. 28

Inuentor primus Cynices ego. Quæ ratio istuc?
Alcides multo dicitur esse prior.

Alcida quondam fueram doctore secundus,

Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.

^{qui dicitur} Discipulus melior nulli, meliorue magister, ^{s. doctor} sicut discipulus

Eis aperiū συνέπη, καὶ πυρικὴ σφίαν:

Dicere me nouit uerum, qui nouit utrumque,

Kai ἡδὲν Ἀλκεδόνη, καὶ πύγα Διογένους.

Libero patri. 29

Αἰγύντιον μὴδὶ Όστρις ἐγώ, Μυσῶν τὸ Φαινόνης,
Βάκχος ἐνὶ ζωοῖσιν, εὐὴ φθεμένοις Αἴδωνες,
Τυρογενῆς δίκερως, τιτανολέπτης Διόγυνος.

Myobarbum Liberi patris, signo marmoreo
in uilla nostra omnium deorum ar-
gumenta habentis. 30

Ogygia me Bacchum uocat,
Osiris Aegyptus putat,
Myste Phanacen nominant,
Dionysos Indi existimant,
Romana sacra Liberum,
Arabica gens Aedoneum,
Lucaniacus Pantheum.

A S

In

In Corydonem marmoratum. 31

* αὐτὸς ἐγώ Αἰξ, χίμαρος, πύρι, ποιμὴν, βαθόνυχος, ἐλάφη.
Εἰς λίθος ἐν τάντον * λιτὸς ἐγώ Κορύδων.

In simulacrum Sapphus. 32

Lesbia Pieris Sappho soror addita Musis,
* εἴμ' ἐνάτ. * Εἰς ἐνάτην λυρικῶν, Αορίστων δεκάτην.

Dea Veneris. 33

Orta salo, suscepta solo, patre edita Cælo,
Aenadam genitrix, hic habito alma Venus.

Ad libellum suum. 34

Si tineas cariemq; pati te charta neceſſe eſt.

Incipe uerſiculis ante perire meis.

Malo, inquis, tineas, sapis et rumosse Libelle,

* Perfungi * Perfundit mauis qui leuiore malo.

Aſt ego damnoſa nolo oīa perdere muse,

Iacturam ſomni que parit, atq; olei.

Vtilius dormire fuit, quām perdere ſomnum,

Atque * oleum: uerum: cauſa ſed iſta mihi eſt:

* oleum: bene Iraſcor Proculo, cuius facundia tanta eſt,

Quantus honor: ſcripsit plurima, que cohibet.

* hunc Hinc * ſtudeo ulcisci, & prompta eſt h.ec ultio uati:

Qui ſua non edit carmina, noſtra legat.

Huius in arbitrio eſt, ſeu te iuuenescere cedro,

Seu iubeat duris uermibus eſſe cibum.

Huic ego, quod nobis ſupereft, ignobilis oīi

Deputo, ſue legat que dabo, ſue tegat.

De nomine cuiusdam Lucii ſculptō in
marmore. 35

Lucius, una quidem, geminis ſed diſiſta punctis.

Littera, prenomen ſic. L. nota ſola facit.

Post

Post M. inciſum eſt: puto ſic in. non tota uidetur,
Diſiliuit ſaxi frāgmine leſus apex.

Nec quisquam Marcus, ſeu Martius, an ne Metellus,
Hic iaceat, certis nouerit indicijs.

Truncatis conuulfis iacent elementa figuris:

Omnia confuſis interiere notis.

Miremur perijſſe homines monumenta fatigunt.

Mors etiam ſaxis, nominibusq; uenit.

De Sabina textrice & carmina faciente. 36

Sive probas Tyrio textari, ſubtegmine uestem,

Seu placet inſcripti commoditas tituli,

Ipsius hoc dominae concinnat utrung; uenustas:

Has geminas artes una Sabina colit.

Versus in ueste contexti, de eadem

Sabina. 37

Laudet Achæmenias orientis gloria telas,

Molle aurum pallis Græcia texe tuis:

Non minus Aufoniam celebreſ dum fama Sabinam

Parcentem magnis ſumptibus, arte parem.

De eadem Sabina. 38

Licia qui texunt & carmina, carmina Musis,

Licia contribuunt caſta Minerua tibi.

Aſt ego rem ſociali non diſſociabo Sabina,

Versibus inſcripsi que mea texta meis.

Qualem, cuiusc; genii uelit amicam. 39

Hanc uolo, que non uolt, illam que uolt, ego nolo:

Vincere uolt animos, non ſatiare Venus.

Oblatas ſperno illecebras, detrecto negatas: Mart.

Nec ſatiare animum, nec cruciare uolo. Not solo quod cruciat, ne solo

quod patet Nec ^his cincta Diana placet, nec nuda Cythere: ^{dicitur} disceindit

III.1

Illa uoluptatis nil habet, hec nimium.
Callida sed medie Veneris mihi uenditet artem
Fœmina, quæ iungit, quod uolo nolo uocet.
De duobus fratribus, quibus male fuerat
nomen impositum. 40

αὐτὸς ἀδελ. Χρῆσος Ἀκίνθινος* εἰσὶν ἀδελφοὶ, οἱ πτρὰ δὲ τένυται,
Moribus ambo malis nomina falsa gerunt.
Οὐδ' οὐτος χρῆσος, οὐδ' οὐτος ἀκίνθινος ἐστιν.
Vna potest ambos littera corrigere.
Αἶνεν Χρῆσος ἔληγ, οὐδὲν αὖτος ἀλλ' ἀπολέσην,
Κινδυνος hic fiet, si rater Ἀχρῆσος erit.

De iisdem. 41

Germani fratres sunt, Chrestos, Acindynos alter.
Falsum nomen utriusque: sed ut uerum sit utriusque,
Alpha suum Chresto det Acindynos, ipse sine alpha
Permaneat, uerum nomen uterque geret.

De Pallade uolente certare armis cum
Venere. 42

Armatam uidit Venerem Lacedemone Pallas,
Nunc certemus, ait, iudice uel Paride.
Cui Venus, Armamat tu me temeraria temniss?
Quæ quo te uici tempore, nuda fui.

Idem aliter. 43

Armatam Pallas Venerem Lacedemone uisens,
Visne, ut iudicium sic incamus? ait.
Cui Venus arridens, Quid me galeata laces sis,
Quæ quo te uici tempore, nuda fui?

Ad Philomusum, qui arbitrabatur se do-
ctum librorum copia, quuma ni-
hil sciret. 44

Emptis quod libris tibi bibliotheca referita est,

Doctum

Doctum et grammaticum te Philomuse putas?
Hoc genere et chordas, et plectra, et barbita conde,
Omnia mercatus cras citharoedus eris.

In statuam Rufi rhetoris semiuiri
& elinguis. 45

Rhetoris hec Rufi statua est: nil uerius ipsa.

Ipsa adeo linguam non habet, et cerebrum:
Et riget, et surda est, et non uidet. omnia Rufi:
Vnum dissimile est: mollior ille fuit.

In tabulam ubi erat picta imago

Rufi rhetoris. 46

Elinguem quis te dicentis imagine pinxit?
Dic mihi Rufi, taces: nil tibi tam simile est.

De eadem tabula. 47

Hec Rufi tabula est: nil uerius. Ipse ubi Rufus?

In cathedra, quid agit? hoc quod et in tabula.

De eodem Rufo. 48

REMINISCO Rufus dixit in uersu suo.

Cor ergo uersus, immo Rufus non habet.

Idem. 49

Qui REMINISCO putat se dicere posse Latine,

Hic ubi CO scriptum est, legeret CO R, si cor haberet.

De eodem Rufo. 50

Rufus uocatus rhetor olim ad nuptias,

Celebri fit ut conuiuo,

Grammaticæ ut artis se peritum ostenderet,

Hec uota dixit nuptijs:

Et masculini, et feminini gignite,

Generisq; neuiri filios.

De Imagine Rufi rhetoris. 51

Ore pulchro, et ore muto scire uis que sim: uolo.

Imago

Imago Rufi rhetoris Pictuici.

Diceret sed ille uellem Rhetor hoc nū: non potest.

Cur ipse rhetor est imago imaginis.

De eadem Rufi statua.

52

**Rufi Rhetoris hæc Rufi statua est: si saxeæ, *Rufus.*

Cur id ait: semper saxeus ipse fuit.

*De Glaucia immatura morte
præuento.*

53

Leta bis octono tibi iam sub consule pubes

Cingebat teneras Glaucia adulte genas.

Et iam desierat puer, ànne puella uideri,

Cum properata dies abstulit omne decus.

Sed neque functorum socius miscebere uulgo,

Nec metues Stygios flebilis umbra lacus.

Verum aut Persephone Cinareius ibis Adonis,

Aut Iouis Elisi tu catamitus eris.

*In Diogenis Cynici sepulchro, pro titulo
Canis signum est.*

54

Dic canis, hic cuius tumulus? canis: at canis hic quis?

Diogenes. obijt? non obijt, sed abit.

Diogenes cui pera penus, cui dolia sedes,

**Inde Ad manes abijt, Cerberus ire uetus.*

Quonam igitur clari flagrat qua stella Leonis,

Additus est iusta nunc canis Erigone.

De Crœso & Diogene.

55

Effigiem rex Crœse tu am ditiſſime regum

Vidit apud manes Diogenes Cynicus.

Conſtituit: utq; procul ſolito maiore cachinno

Concuſſus, dixit, Quid tibi diuītie

Nunc proſunt regum rex o ditiſſime? cum ſis

Sicut

Sicut ego ſolus, me quoque pauperior.

Nam quecumq; habui, mecum ferro, cum nihil ipſe

Ex tantis tecum Crœſe feras opibus.

In ſignum marmoreum Niobes.

56

Viuebam, ſum facta ſilex, que deinde polita,

Praxitelis manibus uiuo iterum Niobe.

Reddidit artificis manus omnia, ſed ſine ſenſu.

Hunc ego, cū laſi numina, non habui.

De eodem.

57

Habet ſepulchrum non id intus mortuum:

Habet nec ipſe mortuus buſtum ſuper:

Sibi ſed eft ipſe hic ſepulchrum & mortuus:

De Laide dicante Veneri ſpeculum

ſuum.

58

Lais anus Veneri ſpeculum dico: dignum habeat ſe

Aceterna eternum forma ministerium.

At mihi nullus in hoc uetus, quia cernere talem

Qualis ſum, nōlo: qualis crām, nequco.

De Caſtore, Polluce, & Helena.

Iſtos tergemino naſci quos cernis ab ovo,

Patribus ambiguis, & matribus affere natos.

Hos genuit Nemesis, ſed Leda puerpera ſouit:

Tyndarcus pater his & Iuppiter, hic putat, hic ſcit.

De imagine Veneris ſculpta à Pra-

xitele.

60

Vera Venus fitam cum uidit Cyprida, dixit,*

*Gnidiam

Vidiſſi nudam me puto Praxitele.

Non uidi, nec fas, ſed ferro opus omne polimus:

Ferrum Gradiui Martis in arbitrio.

Qualem igitur domino ſcierant placuisse Cytheren,

Talem fecerunt ferrea cœla deam.

In bucculam æream Myronis. 61

Buccula sum celo genitoris facta Myronis

Aerea, nec factam me puto, sed genitam.

Sic me taurus init, sic proxima buccula mugit,

Sic uitulus sitiens ubera nostra petiit.

Miraris quod fallo gregem? gregis ipse magister

Inter pascentes me numerare solet.

De eadem buccula. 62

Vbera quid pulsas frigentia matris ahene.

*uitula O * uitule, ex succum lactis habere petis?

Hunc quoque prestarem, si me pro parte parasset

Exteriore Myron, interiore deus.

Ad Dædalum de eadem buccula. 63

Dædale, cur uana consumis in arte labore?

Me potius clause subiice Pasiphæ.

Illecebras uera si uis dare Dædale uaccæ,

Viua tibi species uacca Myronis erit,

Eadem de se. 64

Errasti attendens hac ilia nostra iuuence:

Non manus artificis lac dedit uberibus.

Eadem. 65

Pasce greges procul hinc, ne queso bubulce Myronis

Aes ueluti spirans cum bubus exagites.

Eadem. 66

Me uitulus cernens immugiet, irruet in me

ouans Taurus amans, pastor cum grege mittet amans.

De eadem Myronis buccula. 67

Aerea mugitum poterat dare uacca Myronis,

Sed timet artificis deterere ingenium.

Fingere nam similem uiue, quam uiuere, plus est:

Nec sunt facta dei mira, sed artificis.

Eadem

Eadem buccula de se. 68

Aerea bos steteram: mactata est uacca Minerue:

Sed dea proflata transtulit huc animam.

Et modo sum duplex, pars ærea, pars animata:

Hæc manus artificis dicitur, illa deæ.

Ad taurum eadem buccula. 69

Quid me taure paras specie deceptus inire?

Non sum ego Minoæ machina Pasiphæ.

De eadem Myronis buccula. 70

Necdum caduco sole iam sub uespere,

Ageret iuuencas cum domum pastor suas,

Suan relinquens, me monebat ut suam.

De eadem buccula. 71

Vnam iuuencam pastor forte amiserat,

Numerumq; iussus reddere,

Me defuisse conquerebatur, sequi

Quæ noluissem cæteras.

Quæ sexum mutarint. 72

Valle Banæ res nota, ex uia credenda poëtis,

Sed quæ de uera promittur historia.

Fœmineam in speciem conuerit masculus ales,

Pauaq; de pauo constitut ante oculos.

Cuncti admirantur monstrum: sed mollior agna

Astitit in tenerum de grege uersa marem.

Quid stolidi ad speciem notæ nouitatis hebetiss?

An uos Nasoñis carmina non legitiss?

Cæne a conuerit proles Saturnia Confus:

Ambiguoq; fuit corpore Tiresias.

Vidit semiuirum fons Salmacis Hermaphroditum.

b

Vidit

Vidit nubentem Plinius Androgynum.
Nec satis antiquum, quod Campana in Benevento
Vnus epheborum uirgo repente fuit.
Nolo tamen ueteris documenta arcessere fame,
Ecce ego sum factus foemina de puer.

Ad Pythagoram de Marco Pul-
laria. 73

Pythagora Euphorbi reparas qui semina rerum,
Corporibusq; nouis das reduces animas:
Dic, quid erit Marcus iam fata nouissima functus,
Si redeat uitam rursus in aereum?
Quis Marcus? felles nuper Pullaria dictus,
Corrupit totum qui puerile decus:
Peruersa Veneris postico uulnere fossor,
Lucilli Vatis subulo, pullipremo.
Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus.
Non caper, aut aries, sed scarabeus erit.
Subscriptum picturae Crispæ mulieris
impudicæ. 74

Præter legitimi genitalia foedera coetus
Repperit obscenæ ueneres uitiosa libido,
Herculis hæredi quam Lemnia suaſit egestas:
Quam toga facundi scenis agitauit Afrani,
Et quam Nolanis capitalis luxus inuſit.
Crispa tamen cunctas exercet corpore in uno,
Deglubit, fellat, molitur per utrancq; cauernam:
Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat.

De Achilla qui dissecuit caluariam. 75

Abiecta in triujs inhumati glabra iacebat
Teſta hominis, nudum iam cute caluitum.

Fleſc

Eleuerunt alij: fletu non motus Achillas,
Inſuper & ſilicis uerbere diſsecuit.
Eminus ergo iſto rediſt lapis ultor ab oſſe:
Auctorisq; ſui frontem oculosq; petit.
Sic utinam certos manus impia dirigat iectus,
Auctorem ut feriant tela retorta ſuum.

De Alcone medico, & Diodoro
harufpice. 76

Languenti Marco dixit Diodorus harufpex,
Ad uitam non plus ſex ſupereſſe dies.
Sed medicus diuſi fatisq; potentior Alcon
Falſum conuicit illico harufpicum.
Tractauitq; manum uicturiq; teligifſet,
Illico nam Marco ſex periere dies.

De ſigno Louis tacto ab Alcone medico. 77

Alcon heſterno ſignum Louis attigit: ille,
Quanuis marmoreus, uim patitur medici.
Ecce hodie iuſſus transferri ex æde uetusta,
Effertur, quanuis ſit deus, atq; lapis.

De Eunomo medico imperito. 78

Languentem Caium moritum dixerat egrum
Eunomus, euafit fati ope, non medici.
Paulo poſt ipſum uidet, aut uidiffe putavit
Palientem, & multa mortis in effigie.
Quis tu? Caius, ait. Viuſis ne hoc abnuit. At quid
Nunc agis hic: iuſſu Ditis, ait, uento,
Ut quia notitiam rerumq; hominumq; tenerem, vt qnij, f. tenerent.
Accirem medicus. Eunomus obriguit, medicos f. ad metures reſonabat.
Tum Caius, Metuas nihil Eunome, dico ego & omnes
Nullum, qui ſaperet dicere te medicum.

b 2

Ad

Ad Crispam. 79

Deformem quidam te dicunt Crispa: at ego istud
Nescio, mihi pulchra es: iudice me satis est.
Quinetiam cupio, iunctus quia zelus amori est,
Ut uideare alijs foeda, decora mihi.

Qualem uelit habere amicam. 80

Sit mihi talis amica uelim,
Iurgia que temere incipiat,
Nec studeat quasi casta loqui,
Pulchra, procax, petulante manu,
Verbera que ferat, et regerat,
Cesaq; ad oscula confugiat.
Nam nisi mo: lus his fuerit,
Casta, modesta, pudenter agens,
Dicere ab omnior, uxor erit.

Ex Græco traductum, ad Cupidinem. 81

Hoc, quod amare uocant, misce, aut dissolute Cupido,
Aut neutrum flammis ure, uel ure duos.

Ad Dionem de amore suo. 82

Aut restinguere ignem quo torreor, alma Dione,
Aut transire iube, uel face utrumq; parem.

Ex Græco traductum. 83

Incipe, dimidium facti est coepisse: superfit
Dimidium, rursum hoc incipe, et efficies.

Ex Græco, ἀ καρπος ἡ βασιλευσσ ἀχε-

ριος καρπος. 84

Gratia que tarda est, ingrata est: gratia nancue
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Ex eodem. 85

Si bene quid facias, facias cito: nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

In saltatorem ineptum. 86

Deceptæ felix casus se miscuit arti:

Histrio saltauit, qui Capanea ruit.

Idem qui Nioben saltauit saxeus, ut tum

Spectator ueram crediderit Nioben:

In Canace uisus multo felicior ipsa,

Quod non hic gladio uiscera dissecuit.

De eodem. 87

Daphnen, & Nioben saltauit simius idem,

Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.

De Dodra porione, que fit de nouem rebus. 88

Dodra ex dodrante est: sic collige, ius, aqua, uinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

De eadem. 89

Dodra uocor. Quæ causa? nouem species gero. que sunt?
Ius, aqua, mel, uinum, panis, piper, herba, oleum, sal.

De eadem dodra potionē. 90

Δόδρα πότος ή δειθυδος ἔχω μέλι, οῖνον, ἔλαιον,
Ἄριον, ἄλας, βοτάνην, ζωρίον, ὑδωρπεπέρα.De iurisconsulto qui uxorem habebat
adulteram. 91

Iurisconsulto, cui uiuit adultera coniux,

Papia lex placuit, Iulia displicuit.

Queritis unde hec sit distantiā semui ipse
Scatiniam metuens, non metuit Titiam.Ad Zoilum qui uxorem moecham
duxerat. 92

Semui uxorem duxisti Zoile moecham.

O quantus fiet questus utring domi:

Cum dabit uxori molitor tuus, & tibi adulter,
Quam depensi damna pudoris enunt.
Sed modo quo uobis lucrosa libido uidetur,
Iacturam senio mox subeunte feret.
Incipient operas conducti uendere moechi,
Quos modo munificos lena iuuenta tenet.

Ad Venerem Marcus. 93

Hanc amo, quae me odit: contrā hanc, quoniā me amat, odi:
Compone inter nos, si potes alma Venus.
Perfūcile id faciam: mores mutabo & amores:
Oderii hac, amet hac, rursus idem patiar.
Vis ambas ut ames? Si diligat utraq; uellem:
Hoc tibi tu presta Marce, ut ameris, ama.

Δνοεπος. 94

Suafisti Venus alma duas & uero ut amarem:
Odit utr.que: aliud da modò consilium.
Vince datis ambas. cupio: uerum arcta domi res.
Pellice promissis, nulla fides inopi.
Attestare deos, nec fas mihi fallere diuos.
Peruigila ante fores, nocte capi metuo.
Scribe elegos, nequeo musarum & Apollinis expers.
Frangre fores, poenas iudicij metuo.
Stulte ab amore mori pateris: non uis ob amore?
Malo miser dici, quam miser atq; reus.
Suasi quod potui, tu alios modò consule, dic quosse
Quod sibi suaserunt Phedra & Elissa dabunt,
Quod Canace, Phyllisq; & fastidita Phaonis.
Hoc das consilium? tale datur miseris.

Pulchrum Dei responsum. 95

Doctus Hylas cestu, Phegeus catus arte palestre,

Clarus

Clarus Olympiacis & Lycus in stadijs.
An possent omnes uenturo uincere agone:
Hammonem Libye consuluere deum.
Sed deus ut sapiens, Dabitur uistoria uobis;
Indubitate quidem, si caueatis, ait.
Ne quis Hylam cestu, ne quis certamine lucte
Phegea, ne cursu te Lyce prætereat.

De Hermiones zona. 96

Punica turgentes redimbat zona papillas

Hermiones, zone textum elegion erat.

Qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandat, ames me;
Exempliq; tuo neminem amare uetus.

De Hyla, quem Naiades rapuerunt. 97

Aspice quam blande necis ambitione fruatur

Letifera experiens gaudia pulcher Hylas.

Oscula & infestos inter moriturus amores

Ancipites patitur* Naiadas Eumenidas.

*Naiadas

Ad Nymphas, quae Hylam merserunt. 98

Furitis proeaces * Naiades

Amore seu & irrito.

Ephebus iste flos erit.

*Naiades

De Narciso qui sui ipsius amore capitus
erat. 99

Si cuperes alium, posses Narcisse potiri:

Nunc tibi amoris adest copia, fructus abest.

De codem. 100

Quid non ex huius forma pateretur amator,

Ipse suam qui sic deperit effigiem?

In Echo dolentein propter mortem

Narcisi. 101

Commoritur Narcisse tibi resonabilis Echo

b 4 Voci

Vocis ad extremos examinata modos.
Et pereuntis adhuc genitum resecuta querelis,
Ultima nunc etiam herba loquentis amat.

De Hermaphrodito. 102

Mercurio genitore satus, genitrice Cythere,
Nominis ut mixti, sic corporis Hermaphroditus:
Concretus sexu, sed non perfectus, utroq;
Ambiguae Veneris, neutro potius amoris.

De coniunctione Salmacis cum Her-
maphrodito. 103

Salmacis optato concreta est, nympha marito,
Felix virgo, sibi si scit inesse virum.
Et tu formosae iuuenis permixte puellæ,
Bis felix, unum si licet esse duos.

Ad Apollinem de Daphne puella
fugiente. 104

Pone arcum Pæan, celeresq; reconde sagittas:
Non te virgo fugit, sed tua tela timet.

Ad corticem quo Daphne tegebatur. 105
Inuide cur properas cortex operire puellam?
Laurea debetur Phœbo, si virgo necatur.

In duas sorores diuersorum morum. 106

*nos Delia *uos miranur, et est mirabile, quod tam
Dissimiles estis, tuq; sororq; tua.
Hec habitu casto, cum non sit, casta uidetur:
Tu, preter cultum, nil meretricis habes.
Cum casti mores tibi sint, huic cultus honestus:
Te tamen et cultus damnat, et actus eam.

Ad Gallam. 107

Vado sed sine me, quia te sine: nec nisi tecum

Tot

EPIGRAMMATA.

25

Totus ero, pars cum sim altera Galla tui.
Vado tamen, sed dimidius: uando minor ipso
Dimidio, nec me iam locus unus habet.
Nam tecum ferè totus ero, quoque recedam:
Pars ueniet mecum quantulacunque mei.
Separor unus ego: sed partem sumo minorem
Ipse mei: tecum pars mea maior abit,
Si redeam: tibi totus ero, pars nulla uacabit,
Quæ mox non redeat in tua iura. Vale.

In Venerem Anadyomenen. 108

Emersam pelagi nuper genitalibus undis
Cyprin Apellei cerne laboris opus,
Ut complexa manu madidos salis æquore crines
Humidulis spumas stringit utraque comis.
Iam tibi nos Cypri, Iuno, inquit, et innuba Pallæs,
Cedimus, et forma premia deserimus.

Epitaphium Callicrateæ. 109

Viginti atque nouem genitrici Callicrateæ
Nullius sexus mors mihi uisa fuit.
Sed centum et quinque expleui bene messibus annos,
Intrenuilem baculo non subeunte manum.

In puerum formosum. 110

Dum dubitat natura, marem facerētne puellam,
Factus es o pulcher pene puella puer.

In scabiosum Polygitonem. 111

Thermarum in solio si quis Polygitona uidit
Ulcera membrorum scabie putrefacta fouentem,
Preposuit cunctis spectacula talia ludis.
Principio tremulis gamitiibus aëra pulsat;
Verbaq; lasciuos meretricum imitantia coetus

b 5

Vibrat.

Vibrat, ex obscene numeros pruriginis implet.
 Brachia deinde rotat uelut enthea demone Mænas:
 Pectus, crura, latus, uentrem, femora, inguina, suras,
 Tergum, colla, humeros, luteæ Symplegadis antrum.
 Tam diuersa locis uaga cariſſima pererrat,
 Donec marcentem calidi feruore lauaci
 Blandus letali soluat dulcedine morbus.
 Desectos ſic fama uiros, ubi caſſa libido
 Fœmineos coetus, et non ſua bella laceſſit,
 Irrita uxato conſumere gaudia lecto,
 Tuillata breui cum iam ſub fine uoluptas
 Feruet, et ingeſto peragit ludibria morſu.
 Turpia non aliter Polygiton membra reſoluit:
 Et quia debentur ſuprema piacula uitæ,
 Ad Phlegethon teas ſeſe iam prepaſat undas.

De quodam Syluio bono, qui erat Britto. 112

Sylvius ille bonus, qui carmina noſtra laceſſit,
 Noſtra magis meruit diſticha Britto bonus.
 Sylvius hic bonus eſt. Quis Sylvius? iſte Britannus.
 Aut Britto hic non eſt Sylvius, aut m. illus eſt.
 Sylvius iſte bonus fertur, fertur q; Britannus:
 Quis credat ciuem degeneraſſe bonum?
 Nemo bonus Britto eſt: si ſimplex Sylvius eſſe
 *definet Incipiat, ſimplex * definat eſſe bonus.
 Sylvius hic bonus eſt, ſed Britto eſt Sylvius idem.
 Simplicior res eſt, credite, Britto m. illus.
 Sylvi Britto bonus, quanuis homo non bonus eſſe
 Ferris, nec ſe qui iungere Britto bono.

In Furippum. 113

Pars te Furippum uocitat, pars uero Furippum:

Alteræ

Altera producens, altera corripiens.
 Elige utrum malis, aut tende, aut corripe nomen:
 Conueniet quoduis fir firioſe tibi.

Ex ſepulchro Latinæ uix. 114

Non nomen, non quo genitus, non unde, quid egi.
 Mutus in eternum ſum cinis, oſſa, nihil.
 Non ſum, nec fueram, genitus tamen ē nihil ſum.
 Mitte, nec exprobres singula, talis eris.

Epicuri opinio. 115

Quod eſt beatum, morte et eternum carens,
 Nec ſibi parit negocium, nec alteri.

De homine pigro. 116

Sanus piger febrente multo eſt nequiore
 Potat duplum, dapesq; duplices deuorat.

In Didus imaginem, ex Græco. 117

Illa ego ſum Didus uultu quam confiſcis hoffpes,
 Aſſimulata modis pulchraq; mirificis.
 Talis eram, ſed non Maro quam mihi finxit, erat mens,
 Vita necinceſtis leta cupidinibus.
 Nanq; nec Aeneas uidit me Troiū unquam,

Nec Libyam aduenit clasibus Iliacis.
 Sed furias fugiens, atq; arma procacis Larbæ
 Seruant, fateor, morte pudicitiam:
 Pectore transfixo, caſtos quod pertulit enſes,

Non furor aut leſo crudus amore dolor.
 Sic cecidiſſe iuuat: uixi ſine uulnere fame,

Vltz uirum, poſtitis moenibus oppetij.
 Inuidia cur in me ſtimulasti muſa Maronem,

Fingeret ut noſtre dama pudicitiae?

Vos magis historicis lectores credite de me,

Quam

Quam qui farta deum concubitusq; canunt.
Falsidici uates, temerant qui carmine uerum:
Humanisq; deos assimilant uitios.

De tribus incestis. 118

Tres uno in lecto, stuprum duo perpetiuntur:
Et duo committunt: quatuor esse reor.
Fallentis: extremis da singula crimina, et illum
Bis numeres medium, qui facit, et patitur.

Mart. lib. 4.

Lambebat medios Lambere cum uellet mediorum membra uirorum
improba igna avios. Castor, nec posset uulgus habere domi:
Repperit ut nullum fellator perderet inguen,
Vxoris cœpit lingere membra sue.

De amissa puella. 120

Tres fuerant Charites: sed dum mea Lesbia uixit,
Quattuor: ut perijt, tres numerantur item.

In Faustulum staturæ breuis Anci
Brobinii. 121

Faustulus infidens formicæ ut magno elephanto,
Decidit, et terræ terga supina dedit.
Moxq; idem ad mortem est multatus calcibus eius,
Perditus ut posset uix retinere animam.
Vix tenet fatus. Quid rides improbe liuor,
Quod cecidi? cecidit non alius Phaethon.

In Eunum liguritorem. 122

^{non alienas} Tenuo Diccris hanc medianam lambere, non molere.
^{lere & portas. Horat.} Perspice ne mercis fallant te nomina, uel ne
Aëre Seplastæ decipiare, caue.

Dum

Dum Ciston Costonq; putat communis odoris,
Et Nardum ac Sardas, esse sapore pari:
Diuersa infelix et lambit et olfacit Eunus:
Dissimilem olfactum naris et oris habet.

In eundem Eunum. 123

Salgama non hoc sunt, quod balsama: cedite odores.

Nec male olere mibi, nec bene olere placet. <sup>Mart. Nalo quā sī olere
ml olere, et alibi. Posthunc
nō bene olere, qui bene sī olere</sup>

In eundem Eunum. 124

Azic, ἕρως, et ιτυς, χέρων, et ἕρως, ιτυς alter,

Nomina si scribis, prima elementa adime,

Vt facias uerbum, quod tu facis Eune magister:

Dicere me Latium non decet opprobrium.

In eundem.

Eune, quod uxoris grauidæ putria inguina lambis,
Festinas glossas non natis tradere natis.

Ad eundem pædagogum liguri-
torem. 125

Eunus Syriscus inguinum liguritor,
Opicus magister: sic eum docet Phyllis,
Mulibre membrum quadriangulum cernit:
Triquetro coactu. Δ. litteram ducit
De ualle femorum altrinsecus pares rugas.
Mediumq; fissi rima qua patet, callem
ψ. dicit esse: nam trifilis forma est:
Cui ipse linguam cum dedit suam. λ. est:
Veramq; in illis esse φ. notam sentit.
Quid imperite p. putas ibi scriptum:
Vbi locari iota conuenit longum?
Miselle doctor, ou. tibi sit obsceno:
Tuumq; nomen δ. sectilis signet.

In

In Medea imaginem. 127

Medeam uellet cum pingere Timomachi mens
Voluentem in natos crudum animo facinus,
Immanem exhausit rerum in diuersa laborem,
Fingeret affectum matris ut ambiguum.
Ira subest lachrymis, miseratio non caret ira:
Alterutrum uideas ut sit in alterutro.
Cunctantem satis est, indigna est sanguine mater
Natorum, tua non dextera Timomache.

Aliud in candem. 128

Quis te pictorum simulauit pessima Colchis
In natos crudum uoluere mente nefas:
Vsqueadeo nescitis puerorum haurire cruorem,
Ut ne picta quidem parcere cede uelis?
Numnam te pellex stimulat? Num' ne alter Iason,
Altera iam Glauce sunt tibi causa necis?
Quin ne picta quidem sis barbara:nanq; tui uim
*Creta *Cera tenax zeli concipit inmodicam.
Laudo Timomachum, matrem quod pinxit in ensen
Cunctantem, prolixi sanguine ne maculet.

In quendam qui leuia sibi inguina fa-
ciebat. 129

Inguina quod calido leuias tibi dropacc, causa est:
Irritant uolfas leuia membra lupas.
Sed quod et elixo plantaria podice uellis,
Et teris inclusis pumice* Clazomenas:
Causa latet: binarem nisi quod patientia morbum
Appetit, et tergo feminam, pube uir es.

In cæcum, & claudum, ex Græco. 130

Insidens cæco graditur pede claudus utroq;

ne scis.

*Clazeme-
cas.

Quo caret alteruter, sumit ab alterutro.
Cæcus nanq; pedes clando, gressumq; ministrat,
At claudus cæco lumina pro pedibus.

Idem. 131

Ambulat insidens cæco pede captus utroq;
Atq; alterna subit munia debilitas.
Nam cæcus clando pede commodat ille uicissim
Mutua dat cæco lumina pro pedibus.

De diuite & paupere. 132

Non est diues opum diues, nec pauper inopsq;
Infelix, alio nec magis alter eget.
Diues eget gemmis, cereali munere pauper:
Sed quum egeant ambo, pauper egens minus est.

De Penelope. 133

Intemerata procis, et tot seruata per annos
Oscula uix ipsi cognita Telemacho.
Hinc mea uirginitas facibus tibi lusit adultis,
Arsit et inuidia principe uerus amor.
Sæpe ego mentitis tremui noua foemina somnis,
Lapsaq; non merito sunt mihi uerba fono.
Et tamen ignotos sensi experrecta dolores,
Strataq; tentauit sicca pauente manu.
Nam tibi anhelanti, supremaq; bella mouentii
Paruit indulgens et sine uoce dolor.
Dente nihil uiolare fero, nihil unguibus ausc:
Federa nam tacita pace percepit amor.
Deniq; non auiam tremulo clamore uocauit,
Nec prior obsequio seruia cucurrit anus.
Ipsa uerecundo tetigi pallore puellas,
Impositum teneri fassa pudoris opus.

Quo

III

In grammaticum. 134

Felix Grammaticus non est, sed nec fuit unquam,
Nec quisquam est felix nomine grammaticus.
At si quis felix præter fatum extitit unquam,
Is demum excessit grammaticos canonas.

De infausto matrimonio Gram-
matici. 135

Arma uirumq; docens, atq; arma uirumq; peritus,
Non duxi uxorem, sed magis arma, domum.
Namq; dies totos, totasq; ex ordine noctes
Litibus oppugnat meq; meumq; larem.
Atq; ut perpetuis dotata à Marte duellis
Arma in me tollit, nec datur ulla quies.
Iamq; repugnanti dedam me, ut deniq; uitium
Iurget ob hoc solum, iurgia quod fugiam.

De fratribus Thebanis. 136

Nec Stygijs lucis ineunt sua foedera fratres
OEdipodium de misero ab miseri.
Namq; etiam ex uno surgentes aggere flammæ
In diuersa sui disiliunt cineris.
Infandos iuuenes, quos nec discordia cassos
Luce, nec in semet linquit atrox animus.
Atq; utinam et Thebas quiscent partirier ipsas,
Regnorum et metas, ut cinerum nebulas.

De ingratis ex Menandro. 137

Ingrato homine terra peius nil creat.
Vicus, hospes, notus, ignotus, cliens,
Et si qua genera sunt id genus ciuum,
Siquid petenti promptus opus impertias
Vt misereare, gratia, aut totum perit.

De

De Demosthene. 138

Discere si cupias doctis quam multa licebit,
Quæ nosti, meditando uelis inolescere menti,
Quæ didicisti haud dum, discendo absumere tendas.

De uxore deformi. 139

Deformis uxor cui sit, ancilla elegans,
Uxorem habere, subigere ancillam uelit.

De Fortunæ varietate. 140

Fortuna nunquam sistit in eodem statu,
Semper mouetur, uariat et mutat uices,
Et summa in inum uertit, ac uersa erigit.

In Stellam. 141

Stella prius superis fulgebas lucifer, at nunc
Extinctus casis lumine uester eris.

Ex Menandro. 142

Re fruere ut natus mortalis, dilige sed rem
Tangam immortalis: fors est in utroq; uerenda.

De suo Fastorum libro ad Gregorium. 143

Ignota æterna ne sint tibi tempora Rome,
Regibus, et patrum ducta sub imperijs:

Digesi Fastos, et nomina *perpetis eui,

Sparsa iacent Latiam siqua per historiam.

Sit tuus hic fructus, uigilatus accipe noctes.

Obsequitur studio nostra lucerna tuo.

Tu quoq; uenturos per longum consere Ianos,

Vt mea congesit pagina præteritos,

Exemplum iam patris habes, ut protinus et te

Aggreget Aufonijs purpura consulibus.

Supputatio ab urbe condita in Con-
sulatum nostrum. 144

Annis undecies centum coniunge quaternos

*prepetis

Vnd

Vndeциus unus que super trieterida nete.
Hec erit æterna series ab origine Romæ.

De eodem ad Proculum. 145

Vrbis ab æterne deducti in rege Quirino
Annorum seriem cum Procule accipies:
Mille annos, centumq; & bis fluxisse noucos
Consulis Aufonij nomen adusq; leges.
Fors erit ut lustrum cum se cumulauerit istis.
Confectam Proculus signet olympiadem.

In fine eiusdem libri additi. 146

Hastenus adscripti Fastos: si fors uolet, ultra
Adiçiam: si non, qui legis, adiçias.
Scire cupis, qui sim? titulum qui quartus* ab uno,
Quere: leges nomen Consulis Aufonij.

Duodecim labores Herculis. 147

Prima Cleonai tolerata erunna Leonis.
Proxima Lerneam ferro & face contudit hydram.
Mox Erymantheum uis tertia percult aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornea cerui.
Stymphalidas pepulit uolucres discriminé quinto.
Threiciam sexto ffoliauit Amazona balleo.
Septima in Augi stabulis impensa laboris.
Octaua expulso numeratur adorea tauro.
In Diomedes uictoria nona quadrigis.
Gerione extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndeclimo mala Hesperidura disticta triumpho.
Cerberus extremi supra est meta laboris.

De mensibus & quatuor anni tem-
poribus. 148

Aeternos menses, & tempora quattuor anni,

Quat

Quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent.

Marius, Aprilis, Maius sunt tempora ueris.

Iulius, Augustus, nec non & Iunius astas.

Septembri, Octobri, auumq; totoq; Nouembri.

Brumales, Ianus, Februarius, atq; December.

De nominibus Siderum. 149

Ad Boreæ partes, Arcti iunguntur & Anguis.

Post has Arctophylax, pariterq; Corona, genuq;

Prolapsus, Lyra, Avis, Cepheus, & Casiopea,

Auriga, & Perseus, Deltoton, & Andromeda astrum,

Pegasus, & Delphinus, Telum, Aquila, Anguitenensisq;.

Signifer inde subest: bis sex & sidera complent.

Hic Aries, Taurus, Geminis, Cancer, Leo, Virgo,

Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Vrnam

Qui tenet, & Pisces. Post hos in partibus austri

Orion, Procyon, Lepus, ardens Sirius, Argo,

Hydrus, Chiron, Thuributum quoque, Pisces & ingens.

Hunc sequitur Pistrix, simul Eridaniq; fluenta.

Ad notarium uelociissime exci-
piensem. 150

Puer notarum præpetum

Solers minister aduol:z

Bipatens pugillar expedi,

Cui multa fandi copia:

Punctis peracta singulis

Vt una uox absoluitur.

Euoluo libros uberes,

Instarq; dense grandinis,

Torrente lingua perfstrobo.

Tibi nec aures ambigunt,

c 2 Nec

Nec aucupatur pagina:
 Et mota parce dextera
 Volat per æquor cærum.
 Cum maxime nunc proloquor,
 Circunloquentis ambitu,
 Tu sensa nostri pectoris
 Vix dicta iam ceris tenes.
 Sentire tam uelox nibi
 Vellem dedisset mens mea,
 Quam præpetis dextræ fuga
 Tu me loquentem præuenis.
 Quis, queso, quis me prodidit?
 Quis ista iam dixit tibi,
 Quæ cogitabam dicere?
 Quæ fulta corde in intimo
 Exercet ales dexteræ?
 Quis ordo rerum tam nouus,
 Veniat in aures ut tuas,
 Quod lingua nondum absoluenter?
 Doctrina non hoc præstitit:
 Nec illa tam uelox manus
 Celeripedis compendij.
 Natura munus hoc tibi,
 Deus quòd donum tradidit,
 Quæ loquerer, ut scires prius,
 Idem quòd uelles, quod uolo.

Hectoris epitaphium. 151

Hectoris hic tumulus, cum quo sua
 Troia sepulta est.
 Conduntur pariter, qui periere simul.

D. Au

D. Ausonii de claris urbibus

L I B E R.

De Roma, Constantinopoli, &
 Carthaginæ.

PRIMA urbes inter Diuum domus aurea Roma.
 Constantinopoli assurgit Carthago, priori
 Non toto cessura gradu: quia ter tia dici
 Fastidit, non ausa locum sperare secundum,
 Qui fuit ambarum. uetus hanc opulentia præfert,
 Hanc fortuna recens: fuit hec, subit ista, nouisq;
 Excellens meritis ueterem perstringit honorem,
 Et Constantino concedere cogit Elißam.
 Accusat Carthago deos, iam plena pudoris
 Nunc quoque si cedat, Romam uix passa priorem.
 Componat uestros fortuna antiqua tumores:
 Ita pares, tandem memores, quòd numine diuum
 Augustas mutatis opes, et nomina: tu cum
 Byzantina Ligos, tu Punica Byrsa fuisti.

De Antiochia, & Alexandria.

Tertia Phœbæ lauri domus Antiochia,
 Vellel Alexandri se quarta colonia ponit.
 Ambarum locus unus, et has furor ambitionis
 In certamen agit: uitiorum turbida uulgo
 Vtraq;, et amentis populi male sana tumultu.
 Hac Nilo munita quòd est, peniusq; repositis
 Insinuata locis, foecunda, situq; superbit:

Illa quod infidis opponitur emula Persis.
Et uos ite pares, Macedumq; attollite nomen.
Magnus Alexander te condidit : illa Seleucum
ingenuum Nuncupat : * ingenitus neuis fuit anchora signum
cuius fu. Qualis iniusta solet generis nota certa, per omnem
cera Nam sobolis seriem nativa cucurrit imago.

De Treueris.

Arripotens dudum celebrari Gallia gestis,
Treuericęq; urbis solum, que proxima Rheno
Pacis ut in medię gremio secura quiescit,
Imperij uires quod alii, quod uestitit et armat.
Lata per extentum procurrunt mœnia collem.
Lagus tranquillo perlabilis amne Mosell.,
Longinqua omnigenae uectans commercia terre.

De Mediolano.

Et Mediolani māra omnia copia rerum,
Innumere cultaeq; domus, facunda uirorum
*Ingenia, & mores laeti: *Ingenia, antiqui mores : tura duplice muro
Amplificata loci species, populiq; uoluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatri:
Templa, palatineq; arces, opulensq; moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri,
Cunctaq; marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaq; in ualli formam circundata limbo.
Omnia que magnis operum uelut emula formis
Excellunt, nec iuncta premit uicinia Romæ.

De Capua.

Nec Capuam pelago, cultuq; penuq; potentem,
Delicijs, opibus, famaq; priore filebo.
Fortuna uariante uices, que freta secundis

Nesc

Nesciuū seruare modum, nunc subdita Rome:
Aemula nunc, fidei memor, an infida senatum
Sperneret, an coleret dubitans, sperare curules
Campanis ausa aufficijs unoq; suorum
Consule ut imperium diuisi attolleret orbis.
Quinetiam rerum dominam Latijq; parentem
Appetit bello, ducibus non freta togatis,
Hannibalis iurata armis, deceptaq; in hostis
Seruitium demens specie transiuit herili:
Mox ut in occasum uitijs communibus acti
Corruerent Poeni luxu, Campania festo.
Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem.
Illa potens, opibusq; ualens, Roma altera quondam.
Comere que paribus potuit fastigia conis,
Octauum reiecta locum uix pone tuetur.

De Aquileia.

Non erat iste locus, merito tamen aucta recenti.
Nona inter claras Aquileia cieberis urbes.
Itala ad Illyricos obiecta colonia montes,
Monibus & portu celeberrima: sed magis illud
Eminet, extremo quod te sub tempore legit,
*Soluerit exacto cui iusta piacula bello
Maximus armigeri quondam sub nomine lxxe.
Felix que tanq; spectatrix laeta triumphi
Punisti Ausonio Rutupinum marte latronem.

De Arelate.

Pande duplex Arelate tuos blanda hospita portus,
Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis,
Precipitis Rhodani sic intercisa fluentis,

c 4

VI

*Solueret
exa. cui sera
pia. lustro

Vt medium facias nauali ponte plateam,
Per quem Romani commercia suscipis orbis:
Nec cohibus populosq; alios & moenia ditas,
Gallia queis fruitur, gremioq; Aquitania lato.

De Emerita.

Cara Iure mihi post has memorabere nomen* Iberum
*numen Emerita, *equoreus quam preterlabitur amnis:
*Hispalis Submitit cui tota suos Hispania fases.
Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant,
Quęq; sinu pelagi iactat se Brachara diues.

De Athenis.

Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas,
Pallados & Consi quondam certaminis arcem,
Paciferae primum cui contigit arbor oliue,
Attica facunda cuius mers gloria lingua:
Vnde Perionia populos, & nomen Acheum,
Versaq; Graia manus centum se effudit in urbes.

De Catina & Syracusis.

Quis Catinam sileat? quis quadruplices Syracusas?
Hanc ambustorum fratrum pietate celebrem,
Illam complexam miracula fontis & amnis,
Qua maris Ionij subter uada salsa meantes
Consoiciat* dulces placita sibi sede liquores
Incorruptarum miscentes oscula aquarum.

De Tholosa.

Non unquam altricem nostri reticebo Tholosam,
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens,
Perq; latus pulchro perlabitur amne Garumna,
Innumeris cultam populis, confinia propter
Ninguida Pyrenes, & pinea Gebennarum.

Inter

Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.

Quę modo quadruples ex se cum effuderit urbes,
Non ulla exhaustae sentit diffundia plebis,
Quos genuit cunctos gremio complexa colonos.

De Narbone.

Nec tu Martie Narbo silebere, nomine cuius
Fusa per immensum quondam prouincia regnum,
Obtinuit multos dominandi iure colonos:
Insinuant quae secaus Allobrogos oris,
Excluduntq; Italos Alpina cacumina fines:
Qua Pyreneis niubibus dirimuntur Iberi,
Qua rapitur præcepis rhodanus genitore Lemanno,
Interiusq; premunt Aquitanica rura Gebennæ:
Vsq; in Teutagos * primeo nomine Belgas,
Totum Narbo fuit: tu Gallia prima togati
Nomini attolis Latio proconsule fases.
Quis memoret portusq; tuos, montesq; lacusq;
Quis populos uario discrimine uestis & oris?
Quodq; tibi quondam* uario de marmore templum
Tante molis erat, quantam non sperneret olim
Tarquinius, * Catulusq; iterum: postremus & ille
Aurea qui statuit Capitoli culmina Caesar.
Te maris Eoi merces, & Iberica ditant
Aequor: te classes Libyci, Siculiq; profundi,
Et quicquid uario per flumina, per freta cursu
Auehitur, toto tibi nauigat orbe uatætæ.

De Burdigala, ex qua fuit Ausonius.

Impia iam dudum condemnno silentia, quod te
O patria, insignem Baccho, fluuijsq; uirisq;
Moribus, ingenijq; hominum, procerumq; senatu,

* paganaq;
nomina

* Pario

* Getulusq;

Non inter primas memorem, quasi conscius urbis
 Exigue, immeritas dubiteam contingere laudes.
 Non pudor. Huic etenim non barbara Rheni
 Ora, nec Arcto domus est glacialis in Hemo.
 Burdigala est natale solum, clementia celi
 Mitis, ubi & rigua larga indulgentia terrae:
 *nouo cum Ver longum, brumeq; breues, iuga frondei subsunt.
 sole tepe- Aestifluq; annes, quorum iuga uitrea subter,
 tes Feruent aquoreos mutata fluenta meatus.
 Quadra murorum species, sic turribus altis
 Ardua, ut aereas intrent fastigia nubes.
 Distincte interne vias mirrere domorum
 Dispositu latus nomen seruare plateas,
 Tum respondentes directa in compita portas,
 Per mediumq; urbis fontani fluminis altuum:
 Quem pater oceanus refluo cum impleuerit aestu,
 Adlabi totum spectabis classibus aquor.
 Quid memorem Pario conteclum marmore fontem
 Umbra Euripi seruere fredo? quanta unda profundis
 Quantus in amne rumor? quanto ruit agmine preceps
 Marginis extenti bissenaria per ostia cursus?
 Innumeros populi non unquam exhaustus ad usus?
 Hunc cuperes rex Mede tuis coniungere castris,
 Flumina consumpto cum defecere meatu,
 Huius fontis aquas peregrinas ferre per urbes,
 Vnum per cunctas solitus portare Choassem.
 Salve fons ignote ortu, sacer, alime, perennis,
 Vitree, glauce, profunde, sonore, illinis, opace.
 Salve urbis genius medico potabilis haustu
 Duionia, Celtarum lingua fons addite Diuis.
 Non Aponus potu, uitrea non luce Nemausus.

Puri

Purior: equoreo non plenior amne Timavus.
 Hic labor extremus celebres collegerit urbes.
 Utq; caput numeri Roma inclytasq; capite isto
 Burdigala, ancipihi confirmet uertice sedem.
 Hec patria est: patrias sed Roma superuenit omnes.
 Diligo Burdigalam: Roman colo, ciuis in illa,
 Consul in ambabus. Cunæ hic, ibi sella Curulis.



D. Magni Ausonii Ludus se-

PTEM SAPIENTVM.

Decius Ausonius Drepanio Pacato Proconsuli

IGNOSCENDA isthec, an cognoscenda rearis?

Attento Drepani perlege iudicio:

Aequanimum siam te iudice, siue legenda,

Siue tegenda putes carmina que dedimus.

Nam primum est meruisse tuum Pacate fauorem,

Proxima defensi cura pudoris erit.

*Possem ego censuram lectoris ferre seueri,

Et possum modica laude placere mihi.

Nouit equus plause sonium ceruicis amare,

Nouit & intrepidus uerbera lenta pati.

Meonio qualcum cultum quesivit Homero

Censor Aristarchus, normaq; Zenodoti.

Pone obelos igitur, spuriorum stigma uatum,

Palmas, non culpas esse putabo meas,

Et correcta magis, quam condemnata uocabo,

Appon

*Mariang.
Et possum

Apponet docti que mihi lima uiri.
Interea arbitrij subiturus pondera tanti
Optabo ut placeam: si minus, ut taceam.

PROLOGVS.

Septem sapientes, nomen quibus istud dedit
Superior ætas, nec secuta sustulit,
Hodieq; in orchestram palliati prodeunt:
Quid erubescis tu togate Romule,
Scenam quod introibunt tam clari uiri?
Nobis pudendum hoc, non & Atticis quoq;
Quibus theatrum curie prebet uicem.
Nostris negocijs sua loca sortito data:
Campus comitijs, ut conscriptis curia,
Forum atq; rostra separatis ciuibus.
Vna est Athenis, atq; in omni Grecia
Ad consulendum publici sedes loci,
Quam in urbe nostra sero luxus condidit,
Aedilis olim scenam tabulatam dabat
Subito, excitata nulla mole saxe:
Murena sic & Gallius (nota eloquar)
Postquam potentes, nec uerentes sumptuum,
Nomen perenne crediderunt, si semel
Constructa moles saxeо fundamine
In omne tempus conderet ludis locum,
Cuneata creuit hac theatri immanitas.
Pompeius hano, & Balbus, & Cesar dedit
Octavianus, concertantes sumptibus.
Sed quid ego iste? non hac causa hic prodijosus
Ut expedirem quis theatra, quis forum,
Quis condidisset primas partes moenium:

Sed

Sed ut uerendos dijsq; laudatos uiros
Progrederer agere quid uellent sibi.
Pronunciare suas solent sententias,
Quas quisque prouidentium anteuerterit.
Scitis profecto que sint: sed si memoria
Rebus uetus tis claudit, ueniet Ludius
Edissertator harum, quas teneo minus.

LV D IV S.

Delphis Solonem scripte fama est Atticum
Τρῶς σεαυτὸν, quod Latinum est, nosce te.
Multi hoc Laconis esse Chilonis putant.
Spartane Chilon sit tuum, nec ne ambigunt,
Quod introfertur, τέλος ὁρᾶν μαρπῆ έισ,
Finem intueri longæ uite* quo uubes.
Multiq; Solonem dixe Croeso existimant.
Et Pittacum dixisse fama est Lesbium
Καιρὸν γνῶσθι, quod tempus ut noris iubet.
Sed νερψός iste tempestuum est tempus.
Bias Prieneus dixit omni, οἱ πλέίστης κανοί,
Quod est Latinum, plures hominum sunt mali:
Sed imperitos scito, quos dixit malos.
Μελέτη τὸ τῶν Periandri est Corinthijs,
Meditationem esse totum qui putat.
Ἄριστον μέτρον esse dicit Lindius
Cleobulus, hoc est optimus cunctis modus.
Thales εἶ γύα, τάφα δὲ τη protulit,
Spondere qui nos, noxa quod presto est, uetat.
Hec nos monere foeneratis non placet,
Dixere quidam, legifer uenit Solon.

S O L O N.

De more Greco prodeo in scenam Solon,

Sept

Septem sapientum fama cui palnam dedit:
 Sed fama non est iudicij severitas:
 Neq; me esse primum, uestrum unum existimo,
 Aequalitas quod ordinem nescit pati.
 Recte olim ineptum Delphicus lusit Deus
 Quarentem, quisnam primus sapientum foret:
 Ut in orbe tereti nomen incertum incideret,
 Ne primus esset, ne uel imus quissiam.
 Eorum è medio prodeo gyro Solon,
 Ut quod dixisse Croeso regi existimor,
 Id omnis hominum secta sibi dictum putet.
 Græce coactum est, télos ópæi μετροῦ Cœn:
 Quod longius sit, si Latine edifferas,
 Spectare uite iubeo cunctos terminum,
 Proinde miseris aut beatos dicier,
 Euenta quod sunt semper anticipiti statu.
 Id adeo sic est: si queam, paucis loquar.
 Rex an tyranus Lydie Croesus fuit:
 Is beatus diues in sanum in modum,
 Lateribus aureis templa qui diuis dabant:
 Is me euocauit. Venio dicto obediens,
 Meliore ut uia regé possint Lydij.
 Rogat beatum produm, si quem nouerim.
 *Telena *Telena dico ciuem non ignobilem.
 Pro patria pugnans iste uitam obiecerat.
 Desperxit, alium querit: innuci Aglaum:
 Fines Agelli proprij nunquam excesserat.
 At ille ridens, Quo deinde me ponis loco,
 Beatus orbe toto qui solus uocor?
 Spectandum dico terminum uite prius,

Tum

Tum iudicandum si manet felicitas.
 Dictum moleste Croesus accepit: ego
 Relinquo regem: bellum ille in Persas parat.
 Profectus, & deuictus, & regi deditus.
 At ille captus, funeris ipse instar sui,
 *Quin flamma totum se per ambitum dabat,
 Voluens in altum sumidos astu globos.
 At pene sero Croesus ingenti sono,
 O uere uates, inquit, o Solon Solon:
 Clamore magno ter Solonem nuncupat.
 Qua uoce Cyrus motus, extingui iubet
 Gyrum per omnem & destrui ardente pyram.
 Et commodum profusus imber nubibus
 Represit ignem. Croesus ad regem illico,
 Per ministrorum ducitur lectam manum.
 Interrogatus que in Solonem diceret,
 Et quam ciendi causam haberet nominis.
 Seriem per omnem cuncta regi edifferit.
 Misferatur ille, uimq; fortune uidens,
 Laudat Solonem: Crosum in amicis habet,
 Vinctumq; pedicis aureis secum iubet
 Reliquum quod esset uita totum degeret.
 Ego duorum regum testimonio
 Laudatus, & probatus ambobus fui.
 Quodq; uni dictum est, quisq; sibi dictum putet.
 Ego iam peregi qua de causa huc prodij.
 Venit ecce Chilonius ualete & plaudite.

CHILON.

Lumbi sedendo, oculiq; spectando dolent,
 Manendo Solonem quoad se recipiat.

Hui

Hui quam pauca diu loquuntur Atticis!
 Vnam trecentis uersibus sententiam
 Tandem peregit, meq; respectans abiit.
 Spartanus ego sum Chilon, qui nunc prodeo,
 Breuitate nota, qua Lacones usi sunt.
 Commando nostrum γνῶθι σεαυτὸν, nosce te,
 Quod in columna iam tenetur Delphica.
 Labor molestus iste fructi est optimus.
 Quid ferre possis, quidue non, dignoscere:
 Noctu diuī; quae geras, quae gesseris,
 Ad usq; puncti tenuis instar querere.
 Officia cuncta, pudor, honor, constantia.
 In hac & illa spreta nobis gloria.
 Dixi: ualete memores. Plausum non moror.

CLEOBVLVS.

Cleobulus ego sum parvus ciuis insule,
 Magne sed auctor qua cluo sententiae,
 Αριστονέργον quem dixisse existimant.
 Interpretare tu qui orchestræ proximus
 Gradibus propinquus in quatuordecim sedes.
 Αριστονέργον an sit optimus modus,
 Dic. adiuishi, gratiam habeo: persequar
 Per ordinem. Dixisse ex isto loco
 Apher poëta uidetur, Ne quid nimis:
 Et ut uidetur, undev d'γανt hoc pertinet,
 *Dorius, Vterque sensus Italus, seu *Doricus,
 *Fandi, tacen *Fandi tacendi; & cibi & somni modus,
 di, somni uici Beneficiorum, gratiarum, iniuriae,
 nus modus, Studij, laborum: uita in omni quicquid est
 Iustum requirit optime pause modum.

Dixi

Dixi. Recedam, ut sit modus. uenit Thales.

THALES.

Milesius Thales sum, aquam qui principem

Rebus creandis dixi, ut uates Pindarus.

Dedere pescatores extractum mari,

(Namq; hi iubente Delio me legerant.)

Cuiq; munus hoc sapienti miserant,

Ego recusans non recepi: at reddidi

Ferendum ad alios, quos priores crederem.

Dein per omnes septem sapientes uiros

Missum, ac remissum rursus ad me deferunt.

Ego receptum consecravi Apollini.

Nam si sapientem deligi Phœbus iubet:

Non hominem quenquam, sed deum credi decet:

His qui ego sum, causa sed in scenam fuit

Mihi prodeundi, que duobus ante me,

Assertor ut sententiae fierem mee.

Ea displicebit, non tamen prudentibus,

Quos docuit usus, & peritos reddidit.

Εγγύα, τάχα δ' ἀτα ecce dicimus:

Latinum id est, Sponde, noxa presto tibi est.

Per mille possum currere exempla, ut probem.

Prædes, uades q; paenitundinis reos.

Sed nolo quenquam nominatim dicere.

Sibi quisq; uestrum dicat, & secum putet,

Spondere quantis fuerit et damno et malo.

Gratum hoc officium maneat ambobus tamen.

Pars plaudite ergo, pars offensi explaudite.

BIA S.

Bias Prieneus dixi, οι πλείσται καροι,

d

Lat

Latine dictum suspicor, plures mali.
 Dixisse nolle, ueritas odium parit:
 Malos sed imperitos dixi et Barbaros,
 Qui ius et equum et sacros mores negligunt.
 Nam populus iste, quo theatrum cingitur,
 Totus bonorum est: hostium tellus habet,
 Dixisse quos me creditis plures malos.
 Sed nemo quisquam tam malus iudex fuit,
 Qui non bonorum partibus se copulet:
 Siue ille uere est, seu bonus dici studet,
 Iam fugit illum inuisum nomen mali.
 Aboeo. Valete, et plaudite plures boni.

Pittacus.

Mitylena oriundus Pittacus sum Lesbius,
 Tizwōne naspō, qui dixi sententiam.
 Sed iste naspō, tempus ut noris, monet:
 Et esse naspō, tempestuum quod uocant.
 Romana sic est uox. Veni in tempore.
 Vester quoq; ille comicus Terentius
 Rerum omnium primum esse tempus futum at,
 Ad Antiphilam quo uenerat seruus Dromo
 Nullo impeditam, temporis seruans uicem.
 Reputate cuncti, quotus offendit, incidat,
 Spectata cui non fuerit opportunitas.
 Tempus me abire, ne molestus. Plaudite.

Periander.

Ephyra creatus hic Periander prodeo,
 Meléthi τὸ πᾶν qui dixi, qui dictum probo,
 Meditationem id esse totum quod geras.

Is

Is quippe solus rei gerende est efficax,
 Meditatur omne qui prius negocium.
 Aduersa rerum, uel secunda predicit
 Meditanda cunctis comicus Terentius,
 Locare sedes, bellum gerere, aut ponere:
 Magnas, modicasq; res etiam, parvas quoq;
 Agere uolentem semper meditari decet.
 Nam seigniores omnes in cepitis nouis,
 Meditatio si rei gerende defuit.
 Nihil est quod ampliorem curam postulet,
 Quām cogitare, quid gerendum sit. dehinc
 Incogitantes fors, non consilium regit.
 Sed ego me ad partes iam recipio. Plaudite,
 Meditati ut uestram rem curetis publicam.

*fors

Eorundem septem Sapientum

SENTENTIAE, SEPTEMBER

versibus ab eodem Ausonio
 explicatae.

*

Bias Prieneus.

Quænam summa boni? Mens que sibi conscientia recti.
 Pernicies homini que maxima. Solus homo alter.
 Quis diues? Qui nihil cupiat. Quis pauper? Avarus.
 Quæ dos matrone pulcherrima? Vita pudica.
 Quæ casta est de qua mentiri fama ueretur.
 Quod prudentis opus? Cum possit, nolle nocere.
 Quid stulti proprium? Non posse, et uelle nocere.

d

Pit

Pittacus Mityleneus.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.
Bono probari malo, quam multis malis.
Demens superbus inuidet felicibus.
Demens dolorem ridet infelicium.
Pareto legi quisque legem sanxeris.
Plures amicos re secunda compara.
Paucos amicos rebus aduersis proba.

Cleobulus Lindius.

Quanto plus liceat, tam libeat minus.
Fortuna inuidie est immeritus miser.
Felix criminibus nullus erit diu.
Ignoscas alijs multa, nihil tibi.
Parcat quisque bonis, perdere uult malos.
Maiorum meritis gloria non datur.
Turpis saepe datur fama minoribus.

Periander Corinthius.

Nunquam discrepat utile à decoro.
Plus est sollicitus magis beatus.
Mortem optare malum, timere peius.
Fax ut libeat quod est necesse.
Multis terribilis, caueto multis.
Si fortuna iuuat, caueto tolli.
Si fortuna tonat, caueto mergi.

Solon Atheniensis.

Dico tunc beatam uitam, cam peracta facta sint.
Par pari iugator coniunx: quicquid impar, disidet.
Non erunt honores unquam fortuiti muneris.

Clare

DE SENT. VII. SAPIEN.

53

Clam coarguas propinquum, quē palam laudaueris.
Pulchrius multo parari quām creari nobilem.
Certa si decreta fors est, quid cauere proderit?
Siue sint incerta cuncta, quid timere conuenies?

Chilo Lacedemonius.

Nolo minor me timeat, despiciatq; maior.
Viue memor mortis, uti sis memor & salutis.
Tristia cuncta exuperans aut animo, aut amico,
Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.
Quæ bene facta accipias, perpetuo memento.
Grata senectus homini, quæ parilis iuuentæ.
Illa iuuenta est grauior, quæ similis senectæ.

Thales Milesius.

Turpe quid ausurus te sine teste time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, dicere sustuleris.
Crux est, si metuas, uincere quod nequeas.
Cum uere obiurgas, sic inimice iuuas.
Cum falso laudas, tunc & amice noces.
Nil nimium satis est, ne sit & hoc nimium.

De septem Sapientibus, ex Græco.

Septenis patriam sapientum nomina, uoces,
Versibus expediam: sua quenque monosticha dicent.
Chilo, cui patria est Lacedemon, noscere seipsum.
Periander trepidam moderare Corinthius iram.
Ex Mityleneis nimium nil Pittacus oris.
Mensuram optimum ait Cleobulus Lindius in re.
Expectare Solon finem docet, ortus Athenis.

d 3

Plures

Plures esse Bias prauos, quem clara Priene.
Milet i fugisse Thales uadimonia alumnus.



D. Magni Ausonii de XII.

CAESARIBVS PER
Suetonium Tranquillum
scriptis.

Ausonius Hesperio filio S.

Cæsareos proceres, in quorum regna secundis
Consulibus dudum Romana potentia cœpit,
Accipe bissenos: sua quenq; monosticha signant.
Quorum per plenam seriem Suetonius olim
Nomina, res gestas, uitamq; obitumq; peregit.

Monosticha de ordine XII.
Imperatorum.

Primus regalem patescit Iulius aulam
Cæsar, & Augusto nomen transcripsit & arcem.
Priuignus post hunc regnat Nero Claudius: à quo
Caius, cognomen caligæ cui castra dederunt.
Clodius hinc potitur regno: post quem Nero seius
Ultimus Aeneadum: post hunc tres, nec tribus annis:
Galba senex frustra socio confusus inertit:
*infami Mollis Otho, *infamis per luxum, degener* eui:
*euo: Nec regno dignus, nec morte Vitellius ut uir.
His decimus fatiq; accitus Vespasianus:
Et Titus imperij felix, breuitate secutus
Frater: quem Calum dixit sua Roma Neronem.

Temp

Tempus imperii XII. Cæs.

Iulius, ut perhibent, diuus trieteride regnat.
Augustus post lustra decem sex prorogat annos.
Et ter septenis geminos Nero Claudius addit.
Tertia finit hyems* grassantia tempora Caij.
Claudius hebdomaden duplicum trahit: & Nero dirus
Tantundem, summae consul sed defuit unus.
Galba senex, Otho lscivus, & famosus Vitelli.
Tertia uos latio regnantes nesciit astas.
Interitus dignos uita properante probrosa.
Implet fatalem decadem sibi Vespasianus.
Te donuante Tito cingit noua laurea Ianum,
Quindecies seuis potitur dum frater habenit.

De mortibus eorum.

Iulius interiit Cæsar grassante senatu.
Addidit Augustum diuus matura senectus.
Sera senex Capreis exul Nero fata peregit.
*Exegit poenas de Cæsare Chærea mollis.
Claudius ambiguo conclusit fata ueneno,
Matriq; cida Nero proprio se perculit ense.
Galba senex periit, suo prostratus Othon.
Mox Otho famosus, clara sed morte potitus.
Prodiga succedunt perimendi sceptra Vitelli.
Laudatum imperium, mors lenis Vespasiano.
At Titus orbis amor rapitur florentibus annis.
Sera grauem perimunt, sed iusta piacula fratrem.

Eiusdem Ausonii Tetraistica, à Julio Cæsare
usque ad tempora sua.

Nunc & predictos, & regni sorte sequentes

d 4

Exp

Expediam, series quos tenet imperij.
Incipiam ab Diuo, percurramq; ordine cunctos,
Noui Romanæ quos memor historie.

Iulius Cæsar.

Imperium binis fuerat soleme quod olim
Consulibus, Cæsar Iulius obtinuit.
Sed breue ius regni sola trieteride gestum,
Perculit armate factio seu togæ.

Octavius Augustus.

Vltor, successorq; dehinc Octavius, idem
Cæsar & Augustus nomine nobilior.
Longeua, & nunquam dubijs uiolata potestas
In terris positum creditit esse deum.

Tyberius Nero.

Prænomen Tyberi natus Nero, prima iuuentæ
Tempora laudato gesit in imperio.
Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro,
Quæ prodituitijs, credit operta locis.

Caius Caligula.

Post hunc castrensis calige cognomine Cæsar
Successit seu superior ingenio.
Cædibus incestisq; dehinc maculosus, & omni.
Crimine pollutum qui superauit auum.

Claudius Cæsar.

*irrisæ Cladius *irrisus priuato in tempore uite,
In regno specimen prodidit ingenij.

Libere

Libertina tamen, nuptarum & crimina passus,
Non faciendo nocens, sed patiendo fuit.

Nero Claudius.

Aeneadum generis qui sextus ex ultimus heros,
Polluit & clausit Iulia sacra Nero.
Nomina quo pietas, tot habet quoq; crimina uitæ.
Disce ex Tranquillo, quæ meminiisse piget.

Sergius Galba.

Spem frustrate senex priuatus sceptra mereri
Vixus es, imperio proditus inferior.
Fama tibi melior iuueni, sed iustior ordoft,
Complacuisse dehinc, displicuisse prius.

M. Otho.

Aemula polluto gesturus sceptra Neroni,
Obruitur celeri raptus Otho exitio.
Fine tamen laudandus erit, qui morte decora
Hoc solum fecit nobile, quod perijt.

A. Vitellius.

Vite sors, mors foeda tibi, nec digne Vitelli,
Qui fueris Cæsar: sic sibi fata placent. *fieres
Umbra tamen brevis imperij. *Qui premia regni
Sæpe indignus adit, non nisi dignus habet. *quia

D. Vespasianus.

Querendi attenus, moderato commodus usu,
Auget, nec reprimit Vespasianus opes:
Olim qui dubiam priuato in tempore famam

d 5 Par

Par alijs princeps transtulit in melius.

T. Vespasianus.

Felix imperio, felix breuitate regendi,

Expers ciuili sanguinis, orbis amor:

Vnum dixisti moriens te crimen habere:

Sed nulli de te, non tibi credidimus.

Domitianus.

Hactenus edideras geminos gens Flavia iustos:

Cur duo que dederant, tertius eripuit?

Vix tanti est habuisse illos, quia dona bonorum

Sunt brevia, eternum que nocuere dolent.

Nerua Imp.

Proximus extincto moderatur sceptra tyranno

Nerua senex, princeps nomine, mente parens.

Nulla uiro soboles: imitatur adoptio prolem:

Iuuat, Quam legisse iuuet, quam genuisse uelit.

Traianus.

Aegreditur regimen uiridi Traianus in euo,

Belli laude prior, cetera patris habens.

Hic quoque prole carens, sociat sibi sorte legendi

Quem fateare bonum, diffiteare parem.

Aelius Hadrianus.

Aelius hinc subiit medijs presignis in actis.

Principia et finem fama norat grauior.

Orbus et hic, sociatq; uirum documenta daturum,

Adsciti quantum preminent genitis,

Ante

Antoninus abhinc regimen capit. ille uocatus

Consultuq; Pius nomen habens meriti.

Filius hic fato nullus, sed lege suorum

A patria sumpfit, qui regeret patriam.

M. Antoninus.

Post Marco tutela datur, qui scita Platonis

Flexit ad imperium, patre Pio melior.

Successore suo moriens, sed principe prauo,

Hoc solo patriæ, quod genuit, nocuit.

Commodus Imp.

Commodus insequitur pugnis maculosus harenæ,

Threicio princeps bella mouens gladio:

Eliso tandem persoluens gutture poenas,

Criminibus fassus matris adulterium.

Aelius Pertinax.

Aeli iudicio et consulto leste senatus,

Princeps decretis prodite non studijs.

Quod doluit malefida cohors errore probato,

Curia quod castris cesserat imperio.

Didius Julianus.

Dij bene quod spolijs Didius non gaudet opinijs,

Et cito periuero premia adempta semi.

Tuq; Seuere pater titulum ne horresce nouantis:

Non rapit imperium uis tua, sed recipit.

Seuerus.

Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Histro,

Ut parricide regna adimat Didio.
Punica origo illi: sed qui uirtute probaret
Non obstat locum, cum ualet ingenium.

Bassianus Antoninus Caracalla.

Dissimilis uirtute patri, et multo magis illi,
Cuius adoptiu nomine te perhibes.
* Fratris morte nocens, punius fine cruento,
In risu populi tu Caracalla magis.

Opii Macrinus.

* principis * Princeps hic custos sumptum pro Casare ferrum
hinc Vertit in auctorem cæde Macrinus iners.
Mox cum prole ruit, graueibus pulsare querelis
Cesset persidam, que patitur, meruit.

Antoninus Heliogabalus.

Tunc etiam Augustæ sedis penetralia foedas,
Antoninorum nomina falsa gerens:

V. C. Soc. disting. *Deficit reliquum.*
Luo nullusq; Deficit reliquum.
negi turpe mœsi, negi fedis vnu Monstru Romano
sedit in imperio.

D. Ausonii viri consularis

EDYLLIA.

*

In dominicam resurrectionem.

EDYLLIVM

At

SANCTA salutiferi redeunt solennia Christi,
Et deuota pij celebrant ieiunia myste:

EDYLLIVM

68

At nos æternum cohientes pectore cultum,
Intemeratorum uim continuamus honorum.

Annua cura sacris, iugis reuerentia nobis.

Magne pater rerum, cui terra, et pontus, et aer,

Tartaraq; et picti seruit plaga lactea cæli:

Noxia quem scelerum plebes tremit, almaq; rursum

Concelebrat uotis animarum turba piarum:

Tu breuis hunc æui cursum, celereq; caduca

Finem animæ donas, eterna munere uite.

Tu mutes legum monitus, sacrosq; prophetas

Humano imperis generi, seruasq; nepotes,

Deceptum miseratus Adam, quem capta uenenis

Implicituit socium blandis erroribus Eva.

Tu Verbum pater alme tuum, natumq; de umq;

Concedis terris totum: similemq; paremq;

Ex uero uerum, uiuaq; ab origine uiuum.

Ille tuus doctus monitis hoc addidit unum:

Vt super æquores nabat qui spiritus undas,

Pigra immortali uegetret membra lauacro.

Trina fides, auctore uno, spes certa salutis

Hunc numerum iunctis uirtutibus amplectenti.

Tale et terrenis specimen spectatur in oris

Augustus genitor, geminum sator Augustorum.

Qui fratrem natumq; pio complexus utrung;

* Numine partitur regnum, neq; diuidit, unum:

Omnia solus habens, atq; omnia dilargitus.

Hos igitur nobis trina pietate uigentes,

Rectores terre placidos, cæliq; ministros,

Christe apud æternum placabilis assere patrem.

Ausonii Consulis oratio, uersibus ropolicis. EDYL. 2.

Spes Deus, eternæ stationis conciliator,

* Nomine

Si

Si castis precibus ueniales inuigilamus,
 His pater oratis placabilis adstipulare.
 Da Christe specimen cognoscere irreprensum,
 Rex bone cultorum famulantum uiuificator,
 Cum patre maiestas altissima ingenerato.
 Da trinum columen paraclete consociante,
 Ut longum celebris deuotio continuetur.
 Ad temet properant uigilatu conuenientes.
 Nox lucem reuehet funalibus anteferendam,
 Nox lumen pariens creditibus indubitatum,
 Nox flammis operum meditatrix sydereorum.
 Tu mensis dirimis ieiunia religiosa,
 Tu bona promittens surgentia concelebraris.
 Da rector modicos effarier omnipotentem.
 Fons tuus emundat recreatu iustificatos,
 Dans mentem oblitum positorum flagitorum,
 Dans agnos niveos splendescere purificatos.
 Ut noua Iordanis ablutio sanctificauit,
 Cim sua dignatum tingentia promeruerunt,
 Lux uerbo inducta peccantibus auxiliatrix,
 Et Christus regimen elementis irrequietis
 Fert undam medici baptisnatis intemerati,
 Ut noxam auferret mortalibus extenuatam.
 Crux poena extreum properata immaculato,
 Ut uitam amissam renouaret mortificatus.
 Quis digne domine preconio continuauit,
 Tot rerum titulis obnoxius immodicarum?
 An terra humano locupletat commemoratus?
 Quem uocum resonat modulatus angelicarum,
 Dans aulam Stephano pretiosi dilapidato:
 Dans claves super as cathedrali inchoatori.

Quin

Quin Paulum infestum copularis * adglomeratu.
 Fit doctor populi, lapidantum constimulator,
 Ut latro confessor paradisum participauit,
 Sic credo adnectens durissima clarificandis,
 Nos seros famulos ad crescere perpetieris
 Sub tali edicto antistite religionis.
 Da sensum solida stabilitum credulitate,
 Fac iungar numero rediuiuo glorificatus,
 Ad celum inuitans confortia terrigenarum,
 Spes Deus, æternæ stationis conciliator.

Ausonius lectori suo s. d.

Post deum semper patrem colui, secundamq;
 reverentiam genitori meo debui: sequitur ergo hanc
 summi Dei venerationem Epicedion patris mei, ti-
 tulus à græcis auctoriis, defunctorum honori di-
 catus, non ambitiosus, sed religiosus: quem com-
 mendo lectori meo, siue is filius est, seu pater, siue
 utrunque. Neque ut laudet exigo, sed ut amet po-
 stulo. Neque verò nunc patrem meum laudo, quod
 ille non eget, & ego functum oblatione viuen-
 tium onerare non debedo. Neque dico, nisi quod a-
 gnoscunt, qui parti ætatis eius interfuerunt. Falsum
 me autē morte eius obita dicere, & verum tacere eius
 dem piaculi existimo. Imagini ipsius hi versus

subscripti sunt. Neque minus in opuscu-
 lorum meorum seriem relati, alia
 omnia mea displicant mihi,
 hos relegisse amo.

Vale.

*

Epic

AVSONIUS

64

De hoc vide plura in Epicedion in patrem de vita sua. EDYL. 3.

Par Falibus iofra. Nomine ego Ausonius, non ultimus arte medendi.

Et mea si noſſes tempora, primus eram.

Vicinas urbes colui patriaq; domoq;

Vassates patria, sed lare Burdigalam.

Curia me duplex, & uterq; ſenatus habebat

exortem. Muneris exortem, nomine participem.

*opulens Non locuples nec egens, parcus ſine ſordibus egit.

Victum, habitum, mores ſemper eosdem habuit.

Sermone impromptus Latio, uerum Attica lingua

Suffecit culti uocibus eloquij.

Obiuli opem cunctis poſcentibus artis inempta.

Officiumq; meum cum pietate fuit.

Judicium de me ſtudui preſtare bonorum:

Ipſe mihi nunquam iudice me placui.

Officia in multos diuerſo debita cultu,

Personis, meritis, tempore, diſtribui.

Litibus abſtinui: non auxi, non munui rem.

Judice me nullus, ſed neq; teſte perit.

Inuidi nunquam: cupere atq; ambire refugi.

Iurare, aut falſum dicere par habui.

Fatio me ciui, non coniuratio iunxit.

Sincero colui feedere amicitias.

Felicem ciuem, non qui quod uellet haberet,

Sed qui per fatum non data, non cuperet.

Non occurſator, non garrulus, obuia cernens

Valuis, & uelo condita non adjui.

Famam, quæ poſſet uitam lacerare honorum,

Non finxi: uera & ſiqua fuit, tacui.

Ira procul: ſpes uana procul: procul anxia cura:

*Atq; *Inq; bonis hominum gaudia falſa procul.

Vitati

EDYLLIVM III.

65

Vitati coetus, eiuratiq; tumultus, Sancus emerat pugnas gladiator. *vid.*

Et ſemper ficte principum amicitiae.

Deliquiffe nihil nunquam laudem eſſe putauit.

Atq; bonos mores legibus ante tuli.

Iraſci promptius properauit condere motum,

Atq; mibi poenas pro leuitate dedi.

Coniugium per luſtra nouem ſine crimine concors

Vnum habui, natos tres numero genui.

Prima obiit lactens: at qui fuit ultimus cuius Primus obit. fedidimus. *quatuor*

Pubertate rudi, non rudiſ interiit.

Maximus ad ſumnum culmen peruenit honorum,

Preſectus Gallis, & Libyæ, & Latio.

Tranquillus, clemens, oculis, uoce, ore serenus,

In genitore ſuo mente animoq; pater.

Huius ego & natum & generum Proconsule uidit.

Consul ut ipſe foret, ſpes mihi certa fuit.

Matronale decus poſſedit filia, cuius

Egregia & nuptæ laus erat, & uidue.

Quæ nati, generi, & progenieri, ſimul omnium

Multiplici illuſtres uidit honore domos.

Ipſe nec affectans, nec detrectator honorum,

Preſectus magni nuncupor Illyrici.

Hec me fortune larga indulgentia ſuavit, Hoc f. auf *hir.*

Numine adorato, uite abitum petere.

Ne fortunatæ ſpatium inuiolabile uite

Fatali admorſu stringeret ulla dies.

Obtinui, auditeq; preces, ſpem, uota, timorem

Sopitus placido fine relinquo alijs.

Inter moerentes, ſed non ego moerens, amicos

Diſpoſitioſ iacui funeris arbitrijs.

Non aginta annos baculo ſine, corpore toto

e

Exegi

Exegi cunctis integer officijs.

Hec quicunq; leges, non aspernabere fari,
Talis uita tibi, qualia uota mibi.

Cum de palatio post multos annos honoratissimus,
quippe iam consul, redisset ad patriam, uillulam,
quam pater reliquerat, introgessus, his uersibus
Iustit, Luciano stilo.

Ausonii Villula. EDYL. 4

Salve hærediolum maiorum regna meorum,
Quod proauus, quod auus, quod pater excoluit:
Quod mihi iam senior properata morte relinquuit.
Hehem nolueram tam cito posse frui.
Iusta quidem series patri succedere: uerum
Esse simul dominos, gratiior ordo pijs.
Nunc labor & cure mea sunt: sola ante uoluptas
Partibus in nostris: cætera patris erant.
Paruum hærediolum, fateor, sed nulla fuit res
Parua unquam æquanimis, adde etiam unanimis.
Ex animo rem stare æquum puto, non animum ex re,
Cuncta cupit Crœsus, Diogenes nihilum.
Spargit Aristippus medijs in Syrtibus aurum:
Aurea non satis est Lydia * terra Mide.
Cui nullus finis cupiendi est, nullus habendi:
Ille opibus modus est, quem statuas animo.
Verum ager iste meus quantus sit nosce: * etiam me
Noueris, & noris te quoq; si potis es.
Quanquam difficile est se noscere: γνῶθι σεαυτόν.
Quam propere legimus, tam cito negligimus.
Agri bis centum colo iugera, uinea centum
Iugeribus colitur, pratiq; dimidium.
Sylva supra duplum, quam prata & uinca & aruum.

*ut etiam
me.

Cultor

Cultor agri nobis nec supereft, nec abeft.

Fons propter, puteusq; breuis: tum purus & amnis
Nauiger hic reflus me uehit, ac reuehit.

Condunur fructus geminum mihi semper in annum:
Cui non longa penus, huic quoque prompta famæ.

Hec mihi non procul urbe sita est, *no est procul urbem: *nec prora
Ne patiar turbas, atque bonis potiar.
Et quories mutare locum, si fiduci cogunt,
Transfo, & alternis rure uel urbe fruor.
*utq;

Ausonius Hesperio filio suo.

L I B E L L U M , quem ad nepotulum meum sororis tuæ filium instar protreptici lusseram, venturus ipsi præmisi legendū. hoc enim malui, quam ipse recitare, effet vt tibi censura liberior: quæ duabus causis impediti solet. quid aures nostras audita velocius quam lecta prætereunt: & quid sinceritas iudicandi præsentia recitantis oneratur, nunc tibi utrumque integrum (non obstat nostri verecundia.) Sed heus tu fili dulcisime, habeo quod admoneam: si q; a tibi multo sint fucatius concinnata quam verius, & plus coloris quam succi habere uideantur, ipse sciens fluerre permisi, venustula vt effent magis quam forticula, instar virginum quas matres student demissis humeris iunceo pectore esse, vt graciles sint. nosti cætera. Supereft vt dicas, Quid moraris iudicationem meam de eo quod ipse pronuncias esse mēdosum? dicā, scilicet me huiusmodi diversibus foris erubescere: hæc annis illius magis quam meis scripsi: aut fortasse & meis dicas, οὐδὲν οὐ γένεται. Ad summam valeat austерitas tua: mihi cum infante ratio est. Vale fili dulcissime.

c?

Ad

Ad nepotem Ausonium protrepticon, de
studio puerili. EDYL. 5

Sunt etiam musis sua ludicra, mixta camenis
Ocias sunt, mellite nepos, nec semper acerbi
Exercet pueros uox imperiosa magistri,
Sed requies, studijq; uices rata tempora seruant.
Et satis est pueru memoru legisse libenter,
Et cessare licet. Graio schola nomine dicta est,
Iusta laboriferis tribu. intur ut ocia musis.
Quo magis alternum certus succedere ludum
Disce libens, longum delinitura laborem
Interualla damus, studium puerile fatiscit,
Leta nisi austeriori uariantur festa profestis.
Disce libens, tetrici nec praeceptoris habemas
Detestere nepos: nunquam horrida forma magistri.
Ille licet tristis senio, nec uoce serenus,
Aaspera contractae minitetur iurgia frontis,
^{*placita suet.} Nunquam immanis erit. *placet assuetudine uultus,
Qui semel imbuerit. rugas nutricis amabit,
Qui refugit matrem. pappos, auiasq; trementes
Anteferunt patribus seri noua cura nepotes.
Sic neque Peliden terrebant Achillea Chiron
Thessalico permixtus equo, nec pinifer Atlas
^{*balbus} Amphitryoniaden puerum, sed *blandus uiterque
Mitibus alloquijs teneros mulcebat alumnos.
Tu quoq; ne metuas, quamuis schola uerbere multo
Increpet, & truculenta senex gerat ora magister.
Degeneres animos timor arguit: at tibi consta
Intrepidus, nec te clamor, plageq; sonantes,
Nec matutinis agitat formido sub horis,
Quod sceptrum uibrat ferulae, quod multa suppellex

Virg

Virgea, quod* mollis scuticam praetexit aluta,
Quod feruent trepido subsellia uestra tumultu.
Pompa loci & uani fugiatur sce na timoris.
Hec olim genitorq; tuus, genitrixq; seuti
Securam placido mihi permulgere senectam.
Tu senium, quodcunq; super labentibus annis
Fata dabunt, qui nomen aui geris indole prima
Prime nepos, uel re, uel spe mibi porge fruendum.
Nunc ego te puerum, mox in iuuenilibus annis,
Iamq; uirum cernam, si fors ita iusserit: aut si
Inuidia est, sperabo tamen, nec uota faiſcent.
Ut patris, utq; mei non immemor, ardua semper
Præmia musarum *capias facundus, & olim
Hac gradiare uia qua nos præcessimus, & cui
Proconsul genitor, præfectus auunculus instant.
Perlege quodcunq; est memorabile, prima monebo.
Conditor Iliados, & amabilis orsa Menandri
Euoluenda tibi: tu flexu & acumine uocis
Innumerous numeros doctis accentibus effer.
Affactusq; impone legens: distinctio sensum
Auget, & ignavis dant interualla uigorem.
Ecquando ista meæ contingent dona senecte?
Quando oblitia mihi tot carmina, totq; per euum
Connexa historie, soccos, aulaeaq; regum,
Et melicos, lyricosq; modos præfando nouabis,
Obductosq; seni facies puerascere sensus?
Te præeunte nepos modulata poëmata Flacci,
Altisonumq; iterum fas est didicisse Maronem.
Tu quoq; qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & astricto percurris pulpita socco,
Ad noua uix memorem diuerbia coge senectam.

^{*fallax}^{*cupias}

e 3 Lam

f. 12
f. 19^e

Iam facinus Catilina tuum, Lepidiq; tumultum,
 Ab Lepido & Catulo iam res & tempora Rom.^e
Orsus, bissenos seriem connecto per annos.
 Iam lego ciuili mixtum mauorte duellum,
 Mouit quod socio Sertorius exul Ibero.
 Nec rudiis hoc auus admoneo, sed mille docendo
 Ingenia expertus, multos lactantibus annis
 Ipse alii, gremioq; souens, & murmura soluens,
 Eripui tenerum blandis nuricibus euum.
 Mox pueros molli monitu & formidine leni
 Pellexi, ut iutes peterent per acerba profectus,
 Carpturi dulcem fructum radicis amare.
 Idem uestipes motu iam puberis eui,
 Ad mores, artesq; bonas, fandiq; uigorem
 Produxo, quamquam imperium ceruice negarent
 Ferre, nec inseritis preberent ora lupatis.
 Ardua temperies, dura experientia, rarus
 Euentus, longo rerum spectatus ab usu,
 Ut regat indocilem mihi censura iuuentum.
 Quae tolerata mihi, donec iam erumna uiuaret,
 Leniretq; usum bona consuetudo laborum.
 Donec ad Auguste pia munera discipline
 Accirer, uarioq; accingerer auctus honore:
 Aurea cum parere mihi pallatia iussum.
 Absistat Nemesis, frat & Fortuna iocantem.
 Presedi imperio, dum praetextatus in ostro
 Et sceptro & solio sibi prefert iura magistri,
 Maioresq; putat nostros Augustus honores.
 Quos mox sublimi maturus protulit auctu,
 Quaestor ut Augustus patri natoq; crearer,
 Ut prefecturam duplicem, sellamq; curulem,

Vt

Vt trabeam, pictamq; togam, mea præmia, consul
 Induerer, fastisq; meis prelatus haberer.
 His ego quæsiu meritum quam grande nepoti
 Consul auus, lumenq; tue preluceo uite.
 Quanuis & patrio iam dudum nomine clarus,
 *Posse ornatus, posse honoratus haberi: + sat honestus, *Posse
 Accessit tamen ex nobis honor inclytus: hunc tu
 Effice, ne sit onus, per te ut connixus in altum
 Conscendas, spesq; tuos te consule fasces.

Genethliacon ad eundem Ausonium nepo-
 tem. EDYL. 6

Carmina prima tibi cum iam puerilibus annis
 Traderet assidui permulcens cura magistri,
 Imbuerei q; nouas aureis, sensusq; sequaces,
 Ut respondendas docili quoque murmur uoces
 Emendata rudi proferret lingua palato.
 Addidimus nil triste senes, ne cura monendi
 Lederet, aut dulcis gaudus uitiat amaris.
 At modo cum motu uigas iam puberis eui,
 Fortiaq; à teneris pobis secernere, & ipse
 Admonitor morumq; tibi fandiq; uideri:
 Accipe non precepta quidem, sed uota precantis,
 Qui gratantis aui festum ad solenne nepotis
 Adiuuit, ut reducem fatorum ad fine senectam
 Sopes agam, festumq; diem, dubitataq; cernam
 Sidera, deposito prope conclamatus in ævo.
 Hoc mellite nepos duplicato sonore partum
 *Natali accedente tuo, nūnusq; salutis
 Plenius hoc nostræ, quod iam tibi puberis eui
 Crescit honos, iuuenemq; senex iam cerno nepotem.

deposito prope codam,
 tuis in reuo.

*Talid cedet
 & uoto, mu.

Sexta tibi hæc primo remeat trieteris ab anno
 Septembres notis referens natalibus idus:
 Idus alma dies, genijs quoque culta deorum.
 Sextiles Hecate Latonia vendicat Idus,
 Mercurius Maias superorum adiunctus honori.
 Mars Maronius
 Octobres olim genitus Maro dedicat Idus.
 Idus sepe colas bissenis mensibus omnes,
 Aufonijs quicunque mei celebraueris Idus.
 Maro cœocravat Idus Iaxi Pro viles et alii illas
 Aufonijs Gregorio filio salutem.
 Magis celebribus
 Maronius Idus

AN vnquam vidisti nebulam pictam in pariete?
 Vidisti vtique, & meministi. Tretiui quippe in triclinio Aeoli fucata est pictura hæc: Cupidinem cruci affigunt mulieres amatrices, non hæc de nostro seculo quæ sponte peccant, sed illæ Heroicæ, quæ sibi ignoscunt, & plectunt deum: quarum partem in lugentibus campis Maro noster enumerat. Hanc ego imaginem specie & argumento miratus sum. Denique mirandi stuporem transtuli ad ineptiam poëtandi: mihi præter lemma, nihil placet. Sed commendo tibi errorem meum: næuos nostros & cicatrices amamus, nec soli nostro vitio peccasse contenti, affectamus ut amentur. Verum quid ego huic eclogæ studiosè patrocinor? Certus sum, quodcunq; meum scieris, amabis: quod magis spero, quam ut laudes. Vale.

D. Aufonii Cupido cruci affixus.

EDYL. 7

Aëris in campus memorat quos musa Maronis,
 Myrteus amentes ubi lucus opacat amantes:
 Orgia ducebant Heroides, & sua quæq;
 Ut quondam occiderant, leti argumenta gerebant,

Err

Errantes sylua in magna, & sub luce maligna
 Inter arundineasq; comas, grauidumq; papaver,
 Et tacitos sine labe lacus, sine murmure riuos,
 Quorum per ripas nebuloso lumine marcent
 Fleti olim regum & puerorum nomina flores,
 Mirator Narcissus, & Oebalides Hyacinthus,
 Et Crocus auricomans, & murice pictus Adonis,
 Et tragicò scriptus gemitu Salaminius Aeas.
 Omnia que lachrymis & amoribus anxia moestis
 Exercent memores obita iam morte dolores,
 Rursus in amissum reuocant Heroides æuum.
 Fulmineos Semele decepta puerpera partus
 Deflet, & ambustas latera hæc per inania cunas
 Ventilat ignavum simulati fulminis ignem,
 Irrita dona querens: sexu gauisa uirili
 Moeret in antiquam Cænis reuocata figuram,
 Vulnera siccat adhuc Procris, Cephalicq; cruentam
 Diligit & percussa manum fert fumida testæ
 Lumina Sestiacæ precepit de turre puebla,
 Et de nimbo saltum Leucate munatur
 Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.
 Harmonie cultus Eriphyle moesta recusat
 Infelix nato, nec fortunata marito.
 Tota quoq; aërie Minoia fabula Crete
 Picturarum instar tenui sub imagine uibrat.
 Pasiphæ niuei sequitur uestigia tauri.
 Licia fert glomerata manu deserta Ariadne.
 Respicit abiectas desperans Phædra tabellas.
 Hæc laqueum gerit, hæc uane simulacula corone.
 Dadalæ pudet hanc latebras subiisse iuuence.
 Præreptas queritur per inania gaudia noctes

e 5

Laoda

Laodamia duas uiri funditq; mariti,
 Parte truces alia strictis mucronibus omnes
 Et Tysbe, et Canace, et Sidonis horret Elissa:
 Coniugis h.ec, h.ec patris, et h.ec gerit hospitis ensem.
 Errat et ipsa olim qualis per Latmia saxa
 Endymion eos solita affectare sopores
 Cum face et astrigero diademate Luna bicornis.
 Centum alie ueterum recolentes uulnera amorum
 Dulcibus et mastis refouent tormenta querelis.
 Quas inter medias surue caliginis umbrant
 Dispulit inconsultus Amor stridentibus alis.
 Agnouere omnes puerum, memoriq; recursum
 Communem sensere reum, quanquam humida circum
 Nubila, et auratas fulgentia cingula bullas,
 Et pharetram, et rutilae fuscarent lampados ignem.
 Agnoscent tamen, et uatum vibrare uigorem
 Occipiunt, hostemq; unum loca non sua noctum,
 Cum pigros ageret densa sub nocte uolatus,
 Facta nube premunt, trepidantem, et cassa parantem
 Suffugia, in coctum medie traxere caterue.
 Eligitur moesto myrtus notissim.i luco,
 Inuidiosa deum poenis: cruciauerat illie
 Spretu olim memorem Veneris Proserpina Adonim.
 Huius in excelsu suspensu stipite Amorem
 Deuinctum post terga manus, substrictaq; plantis
 Vincula marentem nullo moderamine poene
 Afficiunt: reus est sine criminie, iudice nullo
 Accusatus Amor: se quisq; absoluere gestit,
 * Transferat * Transfert et proprias aliena in crimina culpas,
 ut proprias. Cuncte exprobrantes tolerati insignia leti
 Mariang. Expediunt, h.ec armia putant, h.ec ultio dulcis,

Ut quo queque perit, studeat punire dolorem.
 H.ec laqueum tenet, h.ec speciem mucronis inanem
 Ingerit, illa cauos amnes, rupemq; fragosam,
 In aniq; metum pelagi, et sine fluctibus aequor,
 Nonnullae flammas quatuum, trepidog; minantur
 Stridentes nullo igne faces, rescindit adulterum
 Myrrha uterum lachrymis lugentibus, inq; pauentem
 Gemmea fletiferi iaculatur succina trunci.
 Quodam ignoscendum specie ludibria tantum
 Sola vultus, stilus ut tenuis sub acumine puncti
 Eliciat tenerum, de quo Rosa nata, cruxrem:
 Aut pubi admoveant petulantia lumina lychni,
 Ipsa etiam simili genitrix obnoxia culpae
 Alma Venus tantos penetrat secura tumultus:
 Nec circumuento properans suffragia nato
 Terrorem ingeminat, stimulisq; accedit amaris
 Ancipites furias, natuq; in crimina confit
 Dedeceps ipsa suum, quod uincula cæca mariti
 Deprenso Mauorte tulit, quod pube pudenda
 Helleponiaci ridetur forma Priapi,
 Quod crudelis Eryx, quod semiuir Hermaphroditus.
 Nec satis in uerbis, roseo Venus aurea fert
 Moerentem pulsat puerum, et grauiora pauentem.
 Oli purpureum multato corpore rorem
 Suilis expressit crebro rosa uerbere, que iam
 Tincta prius, traxit rutilum magis ignea fucum.
 Inde truces cecidere minæ, uindictaq; maior
 Crimine uisa suo Venerem factura nocentem.
 Ipse intercedunt Heroides, et sua queq;
 Funera crudeli malunt adscribere fato.
 Tum grates pia mater agit cesisse dolentes,

Et condonatas puero dimittere culpas.
Talia nocturnis olim simulacra figuris
Exercent trepidam cassō terrore quietem.
Quæ postquam multa perpessus nocte Cupido
Effugit, pulsæ tandem caligine somni
Euolat ad superos, portæq; euadit eburna.

Ausonius Paulo suo s. p. d.

P E R V I N C I tandem & operta musarum mea-
rum, quæ initiorum velabat obscuritas, quanquam
non prophanus irrumpis Paule charissime. Quanuis
enim te non eius vulgi existimem, quod Horatius ar-
cet ingressu: tamen sua cuique sacra, nec idem Cereri
quod Libero, etiam sub iisdem cultoribus. Poëmatia
quæ in alumnam meam luseram, rudia & inchoata
ad domesticæ solatium cantilenæ, cum sine metu, &
arcana securitate fruerentur, proferre ad lucem cali-
gantia coëgisti. Verecundiæ meæ scilicet spoliū con-
cupisti, aut quātum tibi in me iuris esset ab iniuto in-
dicari. Næ tu Alexandri Macedonis peruicaciam su-
pergressus, qui fatalis iugi lora cum soluere non pos-
set, abscidit, & Pythiæ specum, quod nefas erat pate-
re, penetrauit. Vtere igitur vt tuis pari iure, sed fidu-
cia dispari, quippe tua possunt populum non timere:
meis etiam intra me erubesco.

Vt uoluiſti Paule cunctos Biffule uerſus habes,
Lufimus quos in Sueue gratiam uirguncule,
Ociū magis fountes, quām studentes gloriæ.
Tu moleſbus flagitator lege moleſta carmina.
Tibi, quod intriti, exedendum eſt: ſic uetus uerbum iubet:
Compedes, quas ipſe fecit, ipſus ut geſtet faber.

Ad

Initid Paſayet, carminis initias videtur, quæ ſi incepit?
Carminis initiat⁹ luſit latine proparab. Continuo laſio que ſupradict⁹
ED YLLIVM VIII. 77

Ad lectorem huius Libelli.

Carminis* inculti tenuem lecture libellum,

* incompti

Pone ſupercilium.

Seria contractis expende poëmatæ rugis.

Nos Thymelen ſequimur.

Biffula in hoc ſchedio cantabitur,* aut Erasinus,

* fortis haud

Ammoneo ante bibas.

Ieiunis nil ſcribo meu: poſt pocula ſi quis

Legerit, hic ſapiet.

Sed magis hic ſapiet, ſi dormiet, & putet iſta

Somnia miſſa ſibi.

D. Ausonii Biffula. EDYL. 8

Vbi nata ſit Biffula, & qamoto in
manus domini uenerit.

Biffula trans gelidum stirpe & lare prosata Rhenum,

Conſcia naſcentis Biffula Danubij, Lucan⁹. Et gens ſi qua racte miſſiſſi

Capta manu, ſed miſſa manu, dominatur in eius conſtr. Nilo.

Delicijs, cuius bellica præda fuit.

Matre carens, nutricis egens, neſciuit herai

Imperium domina: uult domina eſſe manu.

Fortunæ ac patriæ, quæ nulla obprobria ſenſit,

Illico inexperto libera ſeruitio.

Sic Latij mutati bonis, Germana maneret

Vt facies, oculos cœrula, flaua comas. Tunc p̄t̄t̄ Loris Annibali. Camila qui

Ambiguam modo lingua facit, modo forma puellam: flaua. Auguſt⁹ Germana lumina,

Hæc Rheno genitam predicit, hæc Latio.

De eadem Biffula.

Delicium, blanditiæ, ludus, amor, uoluptas,

Barbara, ſed quæ Latias uincit alumnæ pupas.

Biffula nomen teneræ rusticulum puelle,

Horridulum non ſolitis, ſed domino uenustum.

Ad

Ad pictorem de Bisculæ imagine.

Bisculæ nec ceris, nec fuso imutabilis ullo:
Naturale decus fictæ non commodat arti.
Sandyx & cerussa, alias simulate pueras:
Temperiem hanc uultus nescit manus. ergo age pictor,
Puniceas confunde rosas, & lilia misce,
Quiq; erit ex illis color a'ris, ipse sit oris.

Ad Pictorem de Bisculæ pingenda.

Pingere si nostram pictor meditaris alumnam,
Aemula Cecropias ars imitetur apes.

Symmachus Ausonio suo Salutem.

PETIS à me literas longiores. est hoc in nostri
amoris indicium. Sed ego, qui sum pauperissimi inge-
nii mei conscius, Laconicæ malo studere breuitati,
quām multiugis paginis infantiae meæ maciem pu-
blicare. Nec mirum si eloquii nostri vena tenuata est,
quam dudum neq; vilius poëmatis tui, neq; pedestriū
voluminū lectione iuuisti. Vnde igitur sermonis mei
largam poscisvsuram, cui nihil literati foenoris credi-
disti? Volitat tuus Mosella per manus sinusq; multo-
rum diuinis à te uersibus consecratus. Sed tantum no-
stra ora prælabitur. Cur meme istius libelli, quælo,
exortem esse voluisti? Aut ~~ausobreg~~ tibi videbar, qui
iudicare non possem: aut certè malignus, qui laudare
nescirem. Itaq; vel ingenio meo plurimum, vel mo-
ribus derogasti. Et tamen contra interdictum tuum
vix ad illius operis arcana perueni. Velim tacere quid
sentiam: velim iusto de te silentio vindicari. Sed ad-
miratio scriptorum sensum frangit iniuria. Noui ego
illum fluvium, cum æternorum principum iampridē
signa comitater, parem multis, imparem maximis.

Hunc

Hunc tu mihi improviso clarorum versuum dignita-
te Aegyptio Nilo maiorem, frigidorem Scythico Ta-
nai, clarioremq; hoc nostro populari Tiberi reddidi-
sti. Nequaquam tibi crederem de Mosellæ ortu ac
meatu magna narrati, ni scirem quod nec in poëma-
te mentiaris. Vnde illa amnicorum piscium examina
reperiisti? quām nominibus varia, tam coloribus: vt
magnitudine distantia, sic sapore, quæ tu pigmentis
istius carminis supra naturæ dona sucasti. Atqui in
tuis mensis saepè versatus, cum pleraq; alia quæ tunc
in precio erant esui obiecta mirarer, nunquam hoc ge-
nus piscium depræhedi. Quando tibi hi pisces in libro
nati sunt, qui in ferculis non fuerint? locari me putas,
atq; agere nugas. Ita dominus probabilem me præstet,
vt ego hoc tuum carmen libris Maronis adiungo. Sed
iam desinam mei oblitus doloris, inharrere laudibus
tuis, ne hoc quoque ad gloriam tuam trahas, quod te
miramur offensi. Spargas licet volumina tua, & me
semper excipias: fruimur tamen tuo opere, sed alio-
rum beniginate. Vale.

D. Ausonii Mosella. EDYLL. 9.

Transferam celerem nebuloso flumine Nauam,
Addita miratus ueteri noua moenia uico,
Aequauit Latis ubi quondam Gallia Cannas,
Inflet ecj; iacent inopes super aru;cateru.x.
Vnde iter ingrediens nemorosa per anu;solum,
Et nulla humani spectans uestigia cultus,
Prætereo arentem stitientibus undiq; terris
Dumnissum, riguasq; perenni fonte Tabernas,
Aruag; Sauromatum nuper metata colonis:

Et

Et tandem primis Belgarum conspicor oris
 Niuomagum diui castra inclyta Constantini.
 Purior hic campis aér, Phœbusq; sereno
 Lumine purpureum referat iam sudus Olympum.
 Nec iam consertis per mutua uincula ramis
 Queritur exclusum uiridi caligine celum:
 Sed liquidum iubar, & rutilam uisentibus ethram
 Libera perspicui non inuidet aura diei.
 In speciem cum me patrie, cultumq; nitentis
 Burdigale blando pepulerunt omnia uisu,
 Culmina uillarum pendentibus edita ripis,
 Et uirides baccho colles, & amena fluenta
 Subterlabentis tacito rumore Moselle.
 Salue annis laudate agris, laudate colonis,
 Dignata imperio debent cui moenia Belge:
 Annis odorifero iuga uitea confite baccho,
 Confite gramineas annis uiridissime ripas:
 Nauiget ut pelagus, deuexas pronus in undas
 Ut fluiuus, uitreοq; lacus imitate profundo,
 Et riuos trepido potes & equiparare meatu,
 Et liquido gelidos fontes præcellere potu.
 Omnia solus habes, quæ fons, quæ riuus, & annis,
 Et lacus, & biuo refluis munimine pontus.
 Tu placidis prolapsus aquis, nec murmura uenti
 Villa, nec occulti pateris luctamina faxi:
 Non superante uado rapidos reparare meatus
 Cogeris, extantes medio non æquore terras
 Interceptus habes, iusti ne demat honorem
 Nominis, exclusum si diuidat insula flumen.
 Tu duplices sortiti uias, & cum amne secundo
 Desfluis, ut celeres feriant uada concita remu:

Et

Et cum per ripas nusquam cessante renulco
 Intendunt collo malorum uincula nautæ,
 Ipse tuos quoties miraris in amne recursus,
 Legitimosq; putas prope segnius ire meatus.
 Tu neque limigeris ripam pretexeris uluis,
 Nec piger immundo perfundis littora cœno,
 Sicca sed in prima aspergis uestigia lymphæ.
 I nunc, & Phrygijs sola leuia consere crustis,
 Tendens marmoreum laqueata per atria campum.
 Ast ego despectis quæ census opesq; dederunt,
 Naturæ mirabor opus, non cura nepotum,
 Letaq; iacturis ubi luxuriatur egestas.
 Hic solidæ sternunt humenæ littora barene,
 Nec retinent memores uestigia pressa figuræ.
 Spectaris uitreo per leuia terga profundo,
 Secreti nihil annis habens, utq; almus aperto
 Panditur intuitu liquidis obtutibus aér:
 Nec placidi prohibent oculos per inania uenti.
 Sic demersa procul durante per intima uisu
 Cernimus, arcaniq; patet penetrale fluenti:
 Cum uada lene meant, liquidarum & lapsus aquarum
 Prodit cerulea dispersas luce figuræ:
 Quod sulcata leui crisspatur barena meatu,
 Inclinata tremunt uiridi quod grama fundo,
 Vtq; sub ingenuis agitatæ fontibus herbae
 Vibrantes patiuntur aquas, lucetq; latetq;
 Calculus, & uiridem distinguit glarea muscum
 Tota, Caledonijs talis pictura Britannis,
 Cum uirides algas, & rubra cōrallia nudat
 Aestus, & albentes concharum germina baccas,
 Deliciasq; hominum locupletes, quæq; sub undis

f

Aßim

Assimulant nostros imitata monilia cultus.
 Haud aliter placide subter uada leta Moselle,
 Detegit admixtos non concolor herba lapillos.
 Intentos tamen usq; oculos errore fatigant
 Interludentes examina lubrica pisces.
 Sed neque tot species, obliquatosq; natatus,
 Quæq; per aduersum succedunt agmina flumen,
 Nomina que cunctos numerose stirpis alumnos
 Edere fas, haud ille sinit cui cura secundæ
 Sortis, & aquorei cessit tutela tridentis.
 Tu mihi fluminets habitatrix Nais in oris
 Squamigeri gregis ede choros, liquidoq; sub aliœo
 Dissere ceruleo fluitantibus amine cateruas.
 Squameus herbosus Capito inter lucet barenas
 Viscere præ tenero fartim congestus aristis,
 Nec duraturus post bina trihora mensis:
 Purpureisq; Salar stellatus tergora guttis,
 Et nullo spina nocitus acumine Redo,
 Effugiensq; oculos celeri leuis umbra natatu.
 Tuq; per obliqui fauces uexate Sarai,
 Qua bis terna fremunt scopulosis ostia pilis:
 Cum defluxisti fama maioris in annem
 Liberior, laxos exerces Barbe natatus.
 Tu melior peiore æuo, tibi contigit omni
 Spirantium ex numero non inlaudata senectus.
 Nec te puniceo rutilantem uiscere Salmo
 Transferim, late cuius uaga uerbera caude
 Gurgite de medio summas referuntur in undas,
 Occultus placido cum proditur aquore pulsus.
 Tu loricato squamosus pectore frontem
 Lubricus, & dubie facturus ferula coæte,

Temp

Tempora longarum fers incorrupte morarum,
 Prefignis maculis capitis, cui prodiga nutat
 Alius, opimatoq; fluens abdomine uenter.
 Quæq; per illyricum, per stagna binominis Istri
 Spumarum indicijs caperis M ustellæ natatum,
 In nostrum subiecta fretum, ne lata Moselle
 Flumina tam celebri defraudarentur alumno.
 Quis te naturæ pinxit color? atræ superne
 Puncta notant tergum, qua lutea circuit Iris,
 Lubrica ceruleus perducit tergora fucus,
 Corporis ad medium fartim pingueſcis, at illinc
 Vſq; sub extremam squallet cutis arida caudam.
 Nec te delicias mensarum Perca filebo
 Aminigenos inter pisces dignande, marinis
 Solus puniceis facilis contendere nullis.
 Nam neq; gustus iners, solidoque in corpore partes
 Segmentis coeunt, sed dissociantur aristis.
 Hic etiam Latio risus prænomine, cultor
 Stagnorum, querulus uis infestissima ranis,
 Lucius obscuras ulua, coenoq; lacunas
 Obsidet: hic nullos mensarum lectus ad uſus
 Feruet sumosis olido nidore popinis.
 Quis non & uirides uolgi solatia Tincas
 Norit, & Alburnos prædam puerilibus hamis?
 Stridentesq; foci opsonia plebis Alausas?
 Teq; inter species geminas, neutruiq; & utrung;
 Qui necdum Salmo, nec iam Salar, ambiguusq;
 Amborum medio * Sario intercepte sub æuo?
 Tu quoq; flumineas inter memorande cohortes
 Gobio, non maior geminis sine pollice palmis,

Fario

Præp

f 2

Präpinguis, teres, ouipara congestior aluo:
 Propexiq; iubas imitatus Gobio barbi.
 Nunc pecus aquoreum celebrabere magne Silure,
 Quem uelut Aet eo perductum tergora oliuo
 Amnicolam Delphina reor, sic per freta magnum
 Laboris, & longi uix corporis agmina soluis,
 Aut breuibus defensa uadis, aut fluminis uluis,
 Aut cum tranquillos moliris in amne meatus.
 Te uirides ripæ, te cerula turba natantum,
 Te liquida mirantur aquæ: diffunditur alueo
 Aëstus, & extremi procurrunt margine fluctus.
 Talis Atlantiaco quondam Ballena profundo,
 Cum uento motu ue suo telluris ad oras
 Pellitur, exclusum fundit mare, magnaq; surgunt
 Aequora, uiciniq; timent decrescere montes.
 Hic tamen hic nostre mitis Ballena Moselle
 Exitio procul est, magnoque honor additus amni.
 Iam liquidas spectasse uias, & lubrica pisces
 Agmina, multiplicesq; satis numerasse ceteruas,
 Inducant aliam spectacula uitea pompam,
 Sollicitentq; uagos baccheia munera uisus:
 Quæ sublimis apex longo super ardua tractu
 Et rupes, & aprica iugi flexusq; sinusq;
 Vitibus assurgunt, naturalijs, theatro.
 Gauranum sic alma iugum uindemia uestit,
 Et Rhodopen, proprioq; nitent Pangea Lyeo.
 Sic uiret Ismarius super aequora Thracia collis:
 Sic mea flauentem pingunt uineta Garunnam.
 Summis quippe iugis tendentis in ultima cliui
 Conseritur uiridi fluualis margo Lyeo.
 Lata operum plebes, festinantesq; coloni

Vertice

Vertice nunc summo properant, nunc deiuge dorso,
 Certantes stolidis clamoribus: inde uiator
 Riparum subiecta terens, hinc nauita labens
 Probra canunt seris cultoribus: ad strepit ollis
 Et rupes, & sylua tremens, & concavus amnis.
 Nec solos hominum delectat scena locorum:
 Hic ego & agrestes Satyros, & glauca tuentes
 Naidas, extremis credam concurrere ripis:
 Capripedes agitat cum leta proteruid Panas,
 Insultantq; uadis, trepidasq; sub amne sorores
 Terrent indocili pulsantes uerbere fluctum.
 Sepe etiam medijs furata e collibus uuas
 Inter Oreiadas Panope fluualis amicas
 Fugit lasciuos Paganica numina Faunos.
 Dicitur & medio cum sol stetit igneus orbe,
 Ut commune fretum Satyros, uitreasq; sorores,
 Consortes celebrare choros, cum præbuit horas
 Secretas hominum coetu flagrantior æstus:
 Tunc insultantes sua per freta ludere Nymphas,
 Et Satyros mersare uadis, rudibusq; natandi
 Per medias exire manus, dum lubrica falsi
 Membra petunt, liquidosq; souent pro corpore fluctus.
 Sed non hac spectata ulli, nec cognita uisu,
 Fas mihi sit pro parte loqui, secreta tegatur,
 Et commissa suis lateat reuerentia riuis.
 Illa fruenda palam species, cum glaucus opaco
 Respondet collis fluuius: frondere uidentur
 Fluminei latices, & palmite constus amnis.
 Quis color ille uadis, seras cum protulit umbras
 Hesperus, & uiridi perfundit monte Mosellam?
 Tota natant crispis iuga motibus, & tremut absens

f 3

Ram

Pampinus, & uitreis uindemia turget in undis.
 Adnumerat uirides deribus nauita uites,
 Nauita caudiceo fluitans super aquora lembo.
 Per medium qua se ambi confundit imago,
 Collis & umbrarum confinia conserit annis.
 Hec quoq; quam dulces celebrant spectacula pompas,
 Remipedes medio certant cum flumine lembi,
 Et uarios ineunt flexus, uiridesq; per oras
 Stringunt attonis pubentia germina pratis.
 Puppibus & proris alacres gestire magistros,
 Impubemq; manum super annica terga uagantem
 Dum spectat, transire diem sua seria ludo.
 Posthabet, excludet ueteres noua gratia curas.
 Tales Cumano despectat in aquore ludos
 Liber sulphurei cum per iuga consta Gauri,
 Perq; usporiferi graditur uineta Vesaei:
 Cum Venus Actiacis Augusti leta triumphis
 Ludere lasciuos fera prelia iussit amores.
 Qualia Niliae clastes, Latiaeq; triremes
 Subter Apolline gesserunt Leucados arces:

*Messana Aut Pompeiani *Mylasena pericula belli
 *cymbæ: Euboice referunt per Auerna sonantia *Cumbæ:
 Innocuo's ratium pulsus, pugnasq; iocantes
 *qualis Naumachie, Siculo *quiles spectante Peloro
 Marian. Ceruleus uiridi reparat sub imagine pontus:
 Nam aliam speciem petulantibus addit ephæbis,
 Pubertasq; annis, & picti rostra phæselli.
 Hos Hyperionio cum sol persuderit astu,
 Reddit nautales uitreo sub gurgite formas,
 Et redigit pandas inuersi corporis umbras.
 Utq; agiles motus dextra leuaq; frequentant,

Et commutatis alternant pondera remis,
 Vnda refert alios simulacra humentia nautas,
 Ipsa suo gaudet simulamine nautica pubes,
 Fallaces fluvio mirata redire figuræ.
 Sic ubi compostos ostentatura capillos,
 Candentem late speculi explorantis honorem,
 Cum primum charæ nutrix admouit alumnæ,
 Letæ ignorato fruitur uirguncula ludo,
 Germanæq; putat formam foectare pueræ:
 Oscula fulgenti dat non referenda metallo,
 Aut fixas prætentat acus, aut frontis ad oram
 Vibratis captos digitis extendere crines.
 Talis ad umbrarum ludibria nautica pubes
 Ambiguis fruuntur ueri falsiq; figuris.
 Iam uero accessus facileis qua ripa ministrat,
 Scrutatur toto populatrix turba profundo.
 Heu male defensus penetrati flumine piscis:
 Hic medio procul amne trahens humentia luna
 Nodosis decepta plagi examina uerrit.
 Ast hic tranquillo quæ labitur agmine flumen,
 Dicit corticis fluitantia retia signis.
 Ille autem scopulis subiectas pronus in undis
 Inclinat lente connexa cacumina uirge,
 Indutos escis iaciens letalibus hamos.
 Quos ignara doli postquam uaga turba natantum
 Ricibus inuafit, patileq; per intima fauces
 Sera occultati senserunt vulnera ferri,
 Dum trepidant, subit indicium, crispoq; tremori
 Vibrantis setæ nuntians consentit harundo.
 Nec mora, & excusam stridenti uerbere prædam
 Dextra in obliquum raptat puer, excipit ictum

Spiritus, ut fractis quondam per inane flagellis
 Aura crepat, motoq; adsibilat aëre uentus.
 Exultant uide super arida saxa rapine,
 Luciferiq; puerent letalia tela diei.
 Quiq; sub amne suo mansit uigor, aëre nostro
 Segnis anhelatis uitam consumit in auris.
 Iam piger inualidos uibratur corpore plausus,
 Torpida supremos patitur iam cauda tremores,
 Nec coēunt rictus, haustas sed hiaticibus auras
 Reddit mortiferos expirans branchia flatus.
 Sic ubi fabriles exercet spiritus ignes,
 Accipit alterno cohabetq; foramine uentos
 Lanea fagineis alludens parma cauernis.
 Vidi egomet quosdam leti sub fine trementes
 Collegisse animas, mox in sublimi citatos
 Cernua subiectum precepit dare corpora in amnem.
 Desperatarum potentes rursus aquarum.
 Quos impos danni puer inconsultus ab alto
 Impeit, et stolido captat prensare natatu.
 Sic Anthonius Boetia per freta Glaucus
 Gramina gustatu postquam exitialia Circes
 Expertus carptas moribundis piscibus herbas
 Sumpfit, Carpathium subiit nouis accola pontum.
 Ille hamis et rete potens, scrutator operi
 Nereos, et quoream solitus conuerrere Tethyn,
 Inter captiuas fluituit prædo caterua.
 Talia despectant longo per cœrula tractu
 Pendentes saxis instanti culmine uille:
 Quas mediis dirimit sinuosis flexibus errans
 Amnis, et alternas comuni prætoria ripas.
 Quis modo Sestiacum pelagus, Nepheloidos Helles

Aequor

Aequor, Abydeni freta quis miretur ephebi?
 Quis Calchedonio constratum ab littore pontum,
 Regis opus magnum, medijs euripus ubi undis,
 Europeq; Asiaq; uetat concurrere terras?
 Non hic dira freti rabies, non seuia furentum
 Praëlia Caurorum: licet hic commercia lingue
 Lungere, et alterno sermonem texere pulsu.
 Blanda salutiferas permiscent littora uoces,
 Et uoces et pene manus, resonantia utring;
 Verba refert, medijs concurrit fluctibus, Echo.
 Qui potis inumeros cultusq; habitusq; retexens
 Pandere tectonicas per singula prædia formass?
 Non hoc spenat opus Gortynius aliger ædis
 Conditor Euboicae, casus quem fingere in auro
 Conantem Icarios, patrij pepulere dolores.
 Non Philo Cecropius, non qui laudatus ab hoste
 Clara Syracosij traxit certamina belli.
 Forsan et insignes hominumq; operumq; labores
 Hic habuit decimo celebrata volumine Margei
 Hebdomas, hic clari uigüere Menecratis artes:
 Atq; Ephesi spectata manus, uel in arce Minerue
 Itinus, magico cui noctua perlita fuco
 Allicit omne genus uolucres, perimiliq; tuendo.
 Conditor hic forsan fuerit Ptolemaidos aula
 * Dinochares, quadro cui in fastigia cono
 Surgit, et ipsa suas consumit Pyramis umbras,
 Iussus ob incesti qui quondam foedus amoris
 Arsinoen Pharij suspendit in aëre templi.
 Spirat enim tecti testudine Corus Achates,
 Afflictamq; trahit ferrato crine puellam.
 Hos ergo aut horum similes est credere dignum

*Dinocrates

f s Belga

Belgarum in terris scena posuisse domorum.
 Molitos celsus fluuij decoramina uillas.
 Hec est natiu sublimis in aggere saxi;
 Hec procurrentis fundat crepidine ripa:
 Hec refugit, captuq; sinu sibi vindicat amnem:
 Illa tenens collem, qui plurimus imminet amnis,
 Vsurpat faciles per culta, per aspera uisus,
 Utq; suis fruitur diues speculatio terris.
 Quinetiam riguis humili pede condita pratis
 Compensat celsi bona natura lia montis;
 Sublimiq; minans irrumpt in aethera tecto
 Ostentans altam, Pharos ut Memphitica, turrim.
 Huic proprium est clausos concepto gurgite pisces
 Apricas scopulorum inter captare nouales.
 Hec summis innixa iugis, labentia subter
 Flumina despectu iam caligante tuerit.
 Atria quid memorem uiridianibus astuta praties?
 Innumerisq; super nutantia tecta columnis?
 Quid que sulphurea substructa crepidine fumarit
 Balnea, feruenti cum Mulciber haustus opero
 Voluit anhelatas tectoria per caua flammis,
 Inclusum glomerans astu expirante insporeme?
 Vidi ego defessos multo sudore lauaci
 Fastidisse lacus, et frigora piscinarum,
 Ut uiuis fruerentur aquis: mox amne refotos
 Plaudenti gelidum flumen pepulisse natatu.
 Quod si Cumants huic afforet hospes ab oris,
 Credret Euboicas simulacra exilia Batas
 His donasse locis: tantus cultusq; nitorq;
 Allicit, et nullum parit oblectatio luxum.
 Sed mihi qui tandem finis tua glauca fluentia

Dicere

Dicere: dignandumq; mari memorare Mosellam:
 Innumeri quod te diuersa per ostia late
 Incurrunt amnes, quanquam differre meatus
 Possent, sed celerant in te consumere nomen.
 Nanq; & Proneq; Nemeseq; adiuta meatus
 Sura tuas properat non degener ire sub undas:
 Sura intercepta tibi gratificata fluentis.
 Nobilis permixta tuo sub nomine, quam si
 Ignoranda patri confunderet ostia ponto.
 Te rapidus Gelbis, te marmore clarus Erubrus *Belgis
 Festinant famulis quim primum ad lambere lymphis. *Eribris
 Nobilibus celsis celebratur pisibus ille,
 Precipiti torquens cerealia saxa rotatus:
 Stridentesq; trahens per leuia mormora serras,
 Audit perpetuos ripa ex utraq; tumultus.
 Pretereo exilem Lefuram, tenuemq; Drachonum:
 Nec fastiditos Salmonae usurpo fluores,
 Nauiger undi, ona dudum me mollis Arauus
 *Tota ueste vocat, longum qui distulit amnem, *Terra
 Fessa sub augustinis ut uolueret ostia muris.
 Nec minor *hoc tacitum qui per sola pinguis labens *hic
 Stringit frugiferas felix Alisontia ripes.
 Mille alij, prout quenque suis magis impetus urget,
 Esse tui cupiunt, tantus properantibus undis
 Ambitus, aut moles: quod si tibi dia Mosella
 Smyrna suum uatem, uel Mantua clara dedisset,
 Cederet Iliacis Simois memoratus in oris,
 Nec præferre suos auderet Tybris honores.
 Da ueniam mihi, Roma potens: pulsâ oro facessat p. 10. l. 2. c. 45. Et ist
 Inuidia, et Latie Nemesis non cognita lingue,
 Imperij sedem, Romeq; tuere parentes.
 quo refutum Saline tanto ore proponit
 a minimo degredi, bonis formosus
 a deo ibi refutatus.

Salue magne parens frugumq; uirumq; Mosella,
 Te clari proceres, te bello exercita pubes,
 Aemula te Latiae decorat facundia lingua.
 Quinetiam mores ex letum fronte secura
 Ingenium natura tuis concessit alumnis.
 Nec sola antiquos ostentat Roma Catones,
 Aut unus tantum iusti spectator & equi
 *que illus= Pollet Aristides, ueteres qui lustrat Athenas.
 strat Verum ego quid laxis nimium spatiatus habenis
 Victus amore tui praeconia dero? conde
 Musa chelyn pulsis extremo carmine neruis.
 Tempus erit, cum me studijs ignobilis oci
 Mulcentem curas, senijsq; aprica souentem,
 Materie commendet honos, cum facta uirilim
 Belgorum, patriosq; canam decora inclita mores.
 Mollia subtili nebunt mibi carmina filo
 Pierides, tenuijs aptas subtegmine telas
 Percurrent, dabitur nostris quoq; purpura fusi.
 quis tum non dictu? erit? memorabo quietos
 Agricolas, legumq; catos, fandijs, potentes,
 Preſidium ſublime reis, quos curia ſummos
 Municipum uidit proceres, propriumq; ſenatum,
 Quos prætextati celebris facundia ludi
 Contulit ad ueteris preconia Quintilianis
 Quiq; suas rexere urbes, purumq; tribunal
 Sanguine, ex innocuas illuſtrare ſecures.
 Aut Italum populos, aquilonigenasq; Britannos
 Prefecturarum titulo tenuere ſecundo.
 Quiq; caput rerum Romanam, populamq; patresq;
 Tantum non primo rexit ſub nomine, quanuis
 Par fuerit primis, ſedinat ſoluere tandem

Erro

Errorem fortuna ſuum, libataq; ſupplens
 Praemia, iam ueri fastigia reddet honoris
 Nobilibus repetenda nepotibus. At modo coeptum
 Detexatur opus, dilata laude uirorum,
 Dicamus late per rura uirentia tractu
 Felicem fluuium, Rheniq; ſacremus in undis.
 Cæruleos nunc Rhene ſinus, hyaloq; uirentem
 Pande peplum, ſpatiumq; noui metare fluenti
 Fraternis cumulandus aquis: nec praemia in undis
 Sola, sed Auguſte ueniens quod mœnibus urbis
 Spectauit iunctos nativis patrisq; triumphos.
 Hostibus exactis Nicrum ſuper, & * Luponudum, * Lupodunum,
 Et fontem latij ignotum amalibus Histri.
 Hec profligati uenit modo laurea belli:
 Mox alias aliasq; feret, uos pergit eunti,
 Et mare purpureum gemino propellite tractu.
 Neu uereare minor pulcherrime Rhene uideri:
 Inuidie nil hospes habet, potiere perenni
 Nomine: tu fratrem fame ſecurus adopta,
 Diues aquis, diues nymphis, largitor utriq;
 Alueus extendet geminis diuortia ripis,
 Communesq; uias diuersa per ostia fundet.
 Accedent uires, quas Francia, quasq; Camaves,
 Germaniq; tremant, tunc uerus habebere limes.
 Accedet tanto geminum tibi nomen ab amni,
 Cumq; uno de fonte flua, dicere bicornis.
 Hec ego uiuifica ducens ab origine gentem
 Belgarum hospitijs, * non per noua foedera notus,
 Ausonius nomen Latium, patriaq; domoq;
 Gallorum extremos inter, ceſamq; Pyrenen,
 Temperat ingenuos qua leta Aquitania mores,

Aud

Audax exigua fide concino. fūs mībi sacrum
 Perstrinxisse annem tenui libamine Musæ.
 Nec laudem affecto, ueriam pēto: sunt tibi multi
 Alme amnis, sacros qui sollicitare fluores
 Aonidum, totamq; solent baurire Aganuppen.
 Ast ego, quanta mei dederit se uena liquoris,
 Burdigalam cum me in patriam, nūdumq; senecte
 Auguslus, pater, & nati mea maxima cura
 Fascibus Ausonijs decoratum & honore curuli
 Mittent, emeritæ post tempora discipline:
 Larius arctoi preconia persequar annis.
 Addam urbes, tacito quas subter laberis alueo.
 Moeniaq; antiquis te prospexitantia muris:
 Addam, presidijs dubiarum condita rerum:
 Sed modo securis non castra, sed horrea Belgis.
 Addam felices ripa ex utraq; colonos,
 Teq; inter medios hominumq; boumq; labores
 Stringentem ripas, & pinguis culta secantem.
 Non tibi se Liger anteferet, non Axona preceps,
 Matrona non Gallis, Belgisq; intersta fines,
 Santonicu refluus non ipse Carantonius astu
 Concedet gelido Duranide monte uolutus.
 Amnis, & auriferum postponet Gallia Tarnem,
 Insanumq; ruens per saxa rotantia late
 In mare purpureum, domine tamen ante Moselle
 Numinis adorato, Tarbellius ibit Aturrus.
 Corniger externas celebrande Mosella per oras,
 Nec solis celebrande locis, ubi fonte supremo
 Exeris auratum taurine frontis honorem,
 Quaq; trahis placidos finos a per aru: meatus,
 Vel qua Germanis sub portibus ostia soluis.

Si quis honos tenui uolet aspirare camoenie,
 Perdere si quis in his dignabitur ocia iuifis,
 Ibis in ora hominum, letoq; fouere cantu.
 Te fontes, uiuiq; lacus, te cerula noscent
 Flumina, te ueteres Pagorum gloria luci,
 Te Druna, te sparsis incerta Druentia ripis,
 Alpiniq; colent flumij, duplaciemq; per urbem
 Qui meat, & dextræ Rhodanus dat nomina ripe.
 Te stagnis ego ceruleis, magnumq; sonoris
 Annibus, & quorex te commendabo Garumnae.

Ausonii Actætes animalium.

EDYL. IO

Ter binos deciesq; nouem super exit in annos
 Iusti seneffentum quos implet uita uirorum.
 Hos nouies superat uiuendo garrula cornix,
 Et quater egreditur cornicis secula ceruus.
 Alipedem ceruum ter uincit coruus, & illum
 Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales:
 Quam uos perpetuo decies præuertitis euo
 Nymphæ Hamadryades, quarum longissima uita est.
 * Hec cohibet finis uiuacia fata animantium:
 Cetera secreti nouit deus arbiter cui

*Hi cohibet
fines.

Tempora, que Stilbon uoluat, que secula Phæton:
 Quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno
 Circuitus, quali properet Venus alma recursum:
 Qui Phœben, quanti maneant Titana labores,
 Donec consumpto, magnus qui dicitur, anno
 Rursus in antiquum ueniant uaga sydera cursum,
 Qualia dispositi steterant ab origine mundi.

Auson

Ausonii Vir bonus. EDYL. II

Vir bonus, et sapiens, qualem uix repperit unum
 Millibus est multis hominum, consultus Apollo,
 Index ipse sui, totum se explorat ad unguem,
 Quid proceres, uaniq; ferat quid opinio vulgi
 Securus, mundi in star habens, teres atq; rotundus.
 Externe ne quid labis per leuia sidat.
 Ille dies quam longus erit sub sydere Cancri,
 Quantaq; nox tropico se porrigit in Capricorno,
 Cogitat: et iusto trutina se examine pensat,
 Nequid hiet, nequid protuberet: angulus equis
 Partibus ut coeat: nil ut deliret amus.
 Sit solidum quodcumq; subest: nec inania subtus
 Indicet admotus digitis pellentibus ictus.
 Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
 Omnia quam longi reputauerit acta diei,
 Quae pretergressus, quid gestum in tempore, quid non:
 Cur isti facto decus absuit, aut ratio illi:
 Quid mihi praterium, cur hac sententia sedit,
 Quam melius mutare fuit: miseratus egentem
 Cur aliquem fracta persensi mente dolorem:
 Quid uolui, quod nolle bonum fore: utile honesto
 Cur malus antetuli, num dicto aut deniq; uultu
 Per strictus quidquam: cur me natura magis, quam
 Disciplina trahit. Sic dicta et facta per omnia
 Ingrediens, ortoq; a uestbere cuncta reueluens,
 Offensus prauis, dat palmam et premia rectis.

Ausonii Natiuatu. wodaxymov.

EDYLLIVM 12.

Est et Non cuncti monosyllaba nota frequentant:
 His demptis nihil est hominum quod sermo uoluet.

Omnia

Omnia in his, et ab his sunt omnia, siue negoti,
 Siue oti quicquam est, seu turbæ, siue quietis.
 Alterutro pariter nonnunquam, sepe seorsis
 Obsistunt dubijs, ut mores ingeniumq;
 Vel faciles uel difficiles contentio nocta est.
 Si consentitur, mora nulla interuenit, Est, Est.
 Si controuersum, dissensio subiicit, Non:
 Hinc foras dissident clamoribus, hinc furiosi
 Iurgia sunt circi, cuneati hinc leta theatri
 Seditio, et tales agitat quoq; curia lites.
 Coniugia et nati cum patribus, ista quietis
 Verba ferunt studijs salua pietate loquentes.
 Hinc etiam placitis schola consona disciplinis,
 Dogmaticas agitat placido certamine lites.
 Hinc omnis certat dialectica turba sophorum,
 Est lux, est ne dies ergo non conuenit istuc:
 Nam facibus multis, aut fulguribus quoties lux
 Est nocturna homini, non est lux ista diei.
 Est et non igitur quoties lucem esse fatendum est,
 Sed non esse diem mille hinc certamina surgunt.
 Hinc pauci, multi quoque talia commeditantes
 Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
 Qualis uita hominum duo quam monosyllaba uerant.

D. Ausonii Rose, EDYL. 13.

Ver erat, et blando mordentia frigora sensu
 Spirabat croceo mane reuecta dies.
 Strictior Eos precesserat aura iugales
 Aestiferum suadens anticipare diem.
 Errabam riguis per quadrua compita in hortis,
 Maturo cupiens me uegetare die.

Vidi concretus per gramina flexa pruinias
 Pendere, aut olerum stare cacuminibus,
 Caulibus & patulis teretes collidere guttas,
 Et caelestis aquae pondere tunc grauidas.
 Vidi Pestano gaudere rosaria cultu,
 Exidente nouo roscida lucifero.
 Rara pruinosis canebat gemma frutetis
 Ad primi radios interitura die.
 Ambigeres, raperit ne rosis aurora ruborem,
 An daret, & flores tingeret orta dies.
 Ros unus, color unus, & unum mane: duorum
 Syderis & floris, nam domina una Venus.
 Forsan & unius odor: sed celsior ille per auras
 Diffatatur, spirat proximus iste magis.
 Communis Paphie dea syderis & dea floris
 Precipit unius muricis esse habitum.
 Momentum interest, quo se nascentia florum
 Germina comparibus diuidenter spatijs.
 Hec uiret angusto foliorum tecta galero:
 Hanc tenui folio purpura rubra notat.
 Hec aperit primu fastigia celsa obelisci,
 Mucronem absoluens purpurei capitis:
 Vertice collectos illa exiuuabat amictus,
 Iam meditans folijs se numerare suis:
 Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem,
 Prodens inclusi senium densa croci.
 Hec modo que toto rutilauerat igne comarum.
 Pallida collapsis deseritur folijs.
 Mirabar celerem fugitiu & etate rapinam,
 Et dum nascuntur, consenuisse rosas.
 Ecce & defluxit rutili coma Punica floris,

Dum

Dum loquor, & tellus tacta rubore micat.
 Tot species, tantosq; ortus, uariosq; nouatus
 Una dies aperit, conficit una dies.
 Conquerimur natura breuis, quod gratia florum est:
 Ostentata oculis illico dona rapis.
 Quam longa una dies, etas tam longa roscarum,
 Quas pubescenteis iuncta senecta premit,
 Quam modò nascen tem ruilus confixit Eous,
 Hanc rediens sero ueffere uidit anum.
 Sed bene quod paucis licet interitura diebus
 Succedens euum prorogat ipsa suum.
 Collige uirgo rosas dum flos nouis, & noua pubes:
 Et memor esto euum sic properare tuum.

Ausonii de uita humana. EDYL. 14

Quod uitæ sectabor iter? si plena tumultu
 Sunt foræ: si curis domus anxia: si peregrinos
 Cura domus sequitur: mercantem si noua semper
 Danna manent: cessare uetat si turpis egestas:
 Si uexat labor agricolam, mare naufragus horror
 Infamat, pœnæq; graues in ccelibe uita:
 Et grauior causis custodia uana marius:
 Sanguineum si Martis opus: si turpia lucra
 Fenoris, & uelox inopes usura trucidat:
 Omne euum curæ, cunctis sua displicet etas:
 Sensus abest paruis lacteuiibus, & puerorum
 Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.
 Afflictat fortuna uiros per bella, per aquor,
 Irasq; insidiiasq; catenatosq; labores
 *Mutandos semper grauioribus. ipsa senectus
 Expectata diu, uotisq; optata maliguis

* Multand.

g 2 Obijcit

Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
 Spernimus in commune omnes presentia: quosdam
 Constat nolle deos fieri: uturna reclamat,
 Quo uitam dedit aeternam: cur mortis adempta est
 Condito: sic Caucasea sub rupe Prometheus
 Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat
 Incusare Iouem, data sit quod uita perennis.
 Respice et ad cultus animi: sic nempe pudicum
 Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.
 At contraria illecebris maculosam ducere uitam
 Quem iuuat, aspiciat poenas et criminis regum,
 Tereos incesti, uel mollis Sardanapali.
 Perfidiam uitare monent tria Punica bella:
 Sed prohibet seruare fidem deleta Saguntos.
 Viue, et amicitias semper cole: crimen ob istud
 Pythagoreorum periit schola docta sophorum.
 Hoc metuens igitur nullas cole: crimen ob istud
 Timon Palladij olim lapidatus Athenis.
 Discedit ambiguis semper mens obuia uotis:
 Nec uoluisse homini satis est, optata recusat.
 Esse in honore placet, mox paenitet: et dominari
 Ut possint, seruire uolunt: idem auctus honore
 Inuidiae obijcitur, pernox est cura disertis:
 Sed rufis ornatu uite caret, esto patronus,
 Et defende reos: sed gratia rara clientis.
 Esto cliens: grauis imperij persona patroni.
 Exercent hunc uota patrum, mox aspera curis
 Sollicitudo subit: contemnitur orba senectus,
 Et captatoris preda est heredis egenus.
 Vitam parcus agas, audi lacerabere fama:
 Et largitorum grauius censura notabit.

Cuncta

Cuncta tibi aduersis contraria casibus. Ergo
 Optima Graiorum sententia, quippe homini aiunt
 Non nasci esse bonum, natum aut citio morte potiri.

Ausonius Symmacho salutem.

LATEBAT inter nugas meas libellus ignobilis,
 utinamq; latuisset, neque indicio suo, tanquam sorex
 periret. Hunc ego cum velut gallinaceus Euclionis
 situ chartei pulueris eruisse, excussum relegi: atque
 ut auditus foenerator, improbum nummum malui
 occupare quam condere. Dein cogitans tecum non
 illud Catullianum, Cui dono lepidum nouum libel-
 lum: sed aurato rego, diu quæsiui. Tu enim occurristi,
 quem ego, si mihi potestas sit ex omnibus diligendi
 vnum, semper elegerim. Misisti itaq; ad te friuola ger-
 ris Siculis vaniora, ut cum agis nihil, haec legas: & ne
 nihil agas, defendas. Igitur iste nugator libellus iam
 diu secreta quidem, sed vulgi lectione laceratus, per-
 ueniet tandem in manus tuas. Quem tu aut ut Aescu-
 lapius redintegrabis ad vitam, aut ut Plato, iuuante
 Vulcano, liberabis infamia, si peruenire non debet ad
 famam. Fuit autem ineptiolæ huius ista materia. In
 expeditione (quod tempus, ut scis, licentiae militaris
 est) super mensam meam facta est invitatio, non illa
 de ludibrii conuiuio, ut Graeci more biberetur, sed
 illa de Flacci Ecloga, in qua propter medium noctem,
 & nouam lunam, & Murenæ auguratum, ternos ter-
 cyathos attonus petit vates. Hunc loco de ternario
 numero illico nostra illa poetica scabies coepit exal-
 pere: cuius morbi quoniama facile contagium est, utri-
 nam ad te quoque prurigo commigret, & fuso tuæ
 *emendationis adiecto impingas spongiam, quæ imper *condemna
 factum opus equi male spumantis absoluat. Ac ne me tioniis

g 3 glor

gloriosum neges, cōptos inter prādendum versiculos ante cōnāe tempus absolui: hoc est, dum bibo, & paulo ante quām bibērem. Sit ergo examen pro materia & tempore. Sed tu quoque hoc ipsum paulo hīlātior & dilutior lege: namque iniurium est de poēta male sobrio lectorem abstemium iudicare. Neque me fallit, fore aliquem, qui hunc iocum nostrum actitis naribus & caperata fronte condemnet, negetque me omnia, quæ ad ternarium, & nouenarium numeros perte[n]t, attigisse: quem ego verum dicere fatebor, iustè negabo. Quippe si bonus est, quæ omisi, nō obli[t]a mihi, sed p[re]terita existimet. dehinc qualisunque est, cogiter secum, quām multa de his non reperisset, si ipse quæsisset. Sciat etiam me nec omnibus erutis vsum, & quibusdam oblatis abusum. Quām multa enim de ternario sciens neglexi, tempora & personas, genera & gradus, nouem naturalia metra cum trimetris, totam grammaticam & musicam: librosq[ue] medicininos, ter maximum Hermem, & amatorem prium philosophiæ, Varromisq[ue] numeros, & quicquid prophani vulgus nō ignorat. Postremo, quod facile est, cūm ipse multa inuenierit, comparet se atquē me, occupatum cūm oīoso, prāsum cūm abstēmio, iocum & ludum meū, diligentiam & calumniam suam. Alius enim alio plura inuenire potest: nemō omnia. Quid si alicui & obscurus videbor, apud eum me sic tuerere. Primum eiusmodi *edyllia nisi vel obscura sint, nihil futura: deinde numerorum natūram non esse scirpum, vt sine nodo sint. Postremo si etiam tibi obscurus fuero, cui nihil neque neglectum est, neq[ue] non intellectum, tum verò ego beatus, quod affectavi, assequar, me ut requiras, me desyderes, de me cogites. Vale.

*epyllia.

conspicuus

autem

103

Griphus, Ternarii numeri. EDYL. 15.

Ter bibe, uel toties ternos, sic mystica lex est:
Vel tria potant, uel ter tria multiplicant.
Imparibus nouies ternis contexere cubum.
Iuris idem tribus est, quod ter tribus. omnia in ipsis.
Forma honiis cœpti, pleniq[ue] exactio partus:
Quemq[ue] nouem nouies fuit tenet ultima finis.
Tres Ope progeniti fratres, tres ordine Parcae.
Vesta, Ceres, Iuno sexus muliebre sorores.
Inde trisulca iouis sunt fulmina, Cerberus inde,
Inde Tridens: triplexq[ue] Helenes cum fratribus ouum.
Ter noua Nestoreos impluit purpura fusos,
Et toties trino cornix uiuacior euo.
Quam nouies terni *glomerantes secula tractus *glomerantē
Vincunt acripedes ter terno Nestore cerui.
Tris quorū atates superat Phœbeius oseen,
Quem nouies senior Gangeticus anteit ales,
Ales Cinnameo radiatus tempora nido.
Tergemina est Hecate, tria uirginis ora Diane.
Tres Charites, tria Fata, triplex uox, tria elementa.
Tres in Trinacria Sirenes: et omnia trina.
Tres uolucres, tres semideae, tres semipuelle.
Ter tribus ad palnum iusse certare camoenis,
Ore, manu, flatu: buxo, fide, uoce canentes.
Tres sophie partes, tria Punica bella, trimestres
Annorum cœliq[ue] uices, noctisq[ue] per umbram.
Tergemini uigiles: ter clara instantis eoi
Signa canit serus depresso Marte satelles.
Et qui conceptus triplicate ueste noctis,
Iussa quater ternis suspendit opima trophæs.
Et lyrici uates numero sunt Mnemosynarum.

Tris solas quondam tenuit quas dextera Phœbi.
 *Sacrauit *Sed Sicyon toties terras ex ære sacrauit
 toties ternas Religione patrum, qui sex* perisse timebant.
 ex ære Cy= Trin. Terentino celebrata trinoclia ludo:
 theron Qualia bis genito Thebis Trieterica Baccho.
 *spreuiffe Tris primas Thracum pugnas tribus ordine *fellis,
 *bellis *Iuniad.e patri inferias misere* sepulto.
 *Iuliad.e Ille etiam thalamos per trina enigmata querens,
 *patrio Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes omnia solus,
 *sepulchro Terruit Aoniam uolucris, leo, uirgo triformis
 Sphinx, uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.
 Trina in Tarpeio fulgent consortia templo,
 Humana efficiunt habitacula tergenus artes,
 locat Parietibus qui faxa locant, qui culmine tigna,
 *comit Et qui supremo * fucat tectoria cultu.
 Hinc Bromij quadrantal, & hinc Sicana medimna.
 Hoc tribus, hoc geminis tribus explicat usus agendi.
 In Physicis tria prima, Deus, mundus, data forma.
 Tergenus omnigenum, genitor, genitrix, generatum.
 *regula Per trinas species trigonorum * linea currit,
 Aequilatus, uel crure pari, uel in omnibus impar.
 Tris coit in partes numerus perfectus, ut idem
 *Congreget *Cum grege ter trino per ter tria dissoluatur.
 & terno *Tris primus par impar habet, mediumq; sed ipse
 *Tres *Qui medius, quinq; & septem quoq; diuidit unus.
 *Vt tris sic Et numero in toto positus sub acumine centri,
 quinque Distinguit solidos cubo pereunte trientes,
 Aequipares dirimens partes ex impare terno:
 Et paribus triplex medium cum quattuor, & sex.
 Bisq; quaternorum secernitur omphalos idem.
 Ius triplex, tabule quod ter sanxere quaterne,

Sacrum

Sacrum, priuatum, & populi commune quod usquā est.
 Interdictorum trinum genus: unde repulsi
 Vi fuero, aut Virobi fuerit, Quorūmue bonorum.
 Triplex libertas, capitisq; minutio triplex.
 Trinum dicendi genus est, sublime, modestum,
 Et tenui filo, triplex quoq; forma medendi,
 Que logos, aut methodos, cuiq; experientia nomen.
 Et medicina triplex, seruare, cauere, mederi.
 Tres oratorum cultus, regnati colosso
 Quem Rhodus, Acte.e quem dilexitis Athene,
 Et quem de scenis tetrica ad subsellia traxit
 Prosa Asia in causis numeros imitata chororum.
 Orpheus in tripodes quia sunt tria, terra, aqua, flammæ.
 Triplex syderibus positus, distantia, forma,
 Et modus: & genitrix modulorum musica triplex,
 Mixta libris, secreta astris, uulgata theatris.
 Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu.
 Hoc numero tribus, & sacro de monte Tribuni.
 Tres equitum turma, tria nomina nobiliorum.
 Nominata sunt chordis tria, sunt tria nomina mensi.
 Geryones* triplex, triplex compago Chimære.
 Scylla triplex* commixta tribus, cane, uirgine, pisce.
 Gorgones, Harpyiaq; & Erynnies agmine terni.
 Atq; trifatidice nomen commune Sibylle,
 Quarum ter gemini fatalia carmina libri,
 Quos terquinorum seruat cultura uirorum.
 Ter bibe, tris numerus super omnia, ter Deus unus.
 Hic quoq; ne ludus numero transcurrat inerti,
 Ter decies ternos habeat, deciesq; nonenos.

* triplices
* commissa

Aus

Ausonius Pacato Proconsuli.

S c r o mihi apud alios pro laboris modulo laudem non posse procedere, quam tamen si tu indulseris (vt ait Afranius in Thaidem) maiorem laudem quam laborem inuenio. Quæ lecturus es, Monosyllaba sunt, quasi quædam puncta sermonum: in quibus nullus facundia locus est, sensuum nulla conceptio, propo-
sitio, redditio, conclusio, aliaq; sophistica, quæ in uno versu esse non possunt, sed coherentia, vt circuli ca-
tenarum separati. Et simul ludicrum opusculum te-
xui, ordiri maiuscula solitus: sed in tenui labor, at non tenuis gloria, si probantur, tu facies ut sint ali-
quid. Nam sine te Monosyllaba erunt, vel si quid mi-
sus. In quibus ego, quod ad usum pertinet, lusi: quod
ad molestiam, laborau. Libello Technopægnii no-
men dedi: ne aut ludum laboranti, aut artem crederes
defuisse ludenti.

Ausonius Paulino suo

M I S I ad te Technopægnion inertis otii mei inutile opusculum. Versiculi sunt monosyllabis coepti, & monosyllabis terminati. Nec hic modò stetit scrupula difficultas, sed accessit ad miseriam cogitādi, vt idem monosyllabum, quod esset finis extremi versus, principium fieret in sequentis. Dic ergo, & o mora, o poëna, rem vanā, quippe cura exigua est. Et fastiditur inconnexa, & implicatur, cum sit aliquid nibili, vel deprehenditur. Laboravi tamen ut haberet aut historicon quippiam, aut dialecticon. Nam poëticam vel sophisticam levitatem necessitas obseruationis exclusit. Ad summam, non est quod mireris, sed paucis litteris additis, est cuius miserearis, neq; amulari velis: & si huic quoque descendenteris, maiorem molestiam capias ingenii & facundiae detimento, quam oblectationem imitationis affectu.

D. A. W.

D. Ausonii Monosyllaba.

Res hominum fragiles alit, et regit, et perimit	fors.
Fors dubia, eternumq; labans, quam blanda fouet	spes.
Spes nullo finita aeo, cui terminus est	mors.
Mors auida inferna mergit caligine quam	nox.
Nox obitura uicem, remeauerit aurea cum	lux. <i>et sortita vices</i>
Lux dono concessa deum, cui praeuius est	sol.
Sol cui nec furto Veneris latet armipotens	Mars. <i>V.C. furto in</i> <i>Veneris 2. adu-</i> <i>tio,</i>
Mars nullo de patre satius, quem Thressa colit	gens.
Gens infrena uirum, quibus in scelus omne ruit	fus.
Fas hominem mactare sacris: ferus iste loci	mos.
Mos ferus audacis populi, quem nulla tenet	lex.
Lex naturali quam condidit imperio	ius.
Ius genitum pietate hominum, ius certa dei	mens.
Mens que caelesti sensu rigat emeritum	cor.
Cor uegetum mundi instar habens, anima uigor ac	uis.
Vis tamen hic nulla est, uerum est iocus, et nihil res. <i>2. figura, est</i> <i>vis, 3. figura, est</i> <i>res. di rotatio.</i>	
Praefatio quantum ad haec Mono- syllaborum genera.	

Vt in veteri verbo est, Sequitur ver hyemem: vbi
iam similiūm nūgarūm subtexo nequitiam, & hi ver
sūculi monosyllabis terminantur, exordio tamen li-
berō, quāquam fine legitimo. Sed laborauit, vt quan-
tum posset videri apud aures indulgentissimas, ab-
surdā concineret, insulsa resipserent, hiulcula congrue-
rēt, deniq; haberent & amara dulcedinē, & in amena-
venerem, & aspera lenitatem. Quæ quidē omnia quo-
niā insuauis materia deuenustat, lectio benigna co-
ciliēt. Tu quoq; mihi tua crede securior, quippe me
liora. Sed, vt quod per adag ionem cœpimus, prouer-
bio finiamus. Mutuum muli* scabunt.

Versus

AVSONII

Versus monosyllabis terminati,
exordio libero.

v.c. Aemula dijs, naturae imitatrix omniparens ^{nigil no paries et officis}
**ludus meus* Pacato ut studeat * labor hic meus esto operi ^{ars}
² *texxi* Arcta, in amena licet, nec congrua carminibus ^{dux}
un Tsch n pag, Iudice sub tanto fandi tamen accipiet ^{lex}
nz scriptio, Quippe & ridiculis data gloria, ni prohibet ^{iuss}
fors.

Partes humani corporis.

atatis a. 14. Indicat in pueris septennia prima nouis
Pubentes annos robustior anticipat ^{dens.}
2. caro Inuicta ex uentis & solibus est hominum ^{uox.}
Et durum nerui cum uiscere consociant ^{frons.}
Palpitat irrequies, uegetum, teres, acre, calens ^{os.}
Vnde uigent sensus, dominatrix quos uegetat ^{cor.}
Atq; in uerba refert modulata lege loquax ^{mens.}
Quam ualidum est, hominis quota portio, cæruleum ^{os.}
Quam tenue, & molem quamam fert corpoream ^{cruse}
Pondere sub quanto nostrum moderatur iter ^{pess.}

tabularib. iij nigil e qua Inconnexa.
temporibus coniugij Sæpe in coniugibus fit noxia, si nimia est ^{*dos.}
**uox* Sexus uterq; potens, sed præuellet imperio ^{mas.}
Qui recte faciet, non qui dominatur, erit ^{rex.}
Vexat amicitias, & feederet dissociat ^{lis.}
Dividit facti Incipe quicquid agas, pro toto est prima operis ^{pars.}
qui modo caput Insinuat celo, dijsq; inserit emeritos ^{laus.}
Sibit, Et disciplini's conferta est, & uitij ^{urbs.}
** Omnibus* * Vrbibus in tutis munitor urbibus est ^{*arx.}
** rex* Auro magnus bonos, auri pretium tamen est ^{es.}
Longa dies operosa uiro, sed temperies ^{nox.}
Qua caret Aethiopum plaga, peruigil, irrequies ^{gens.}
Semper ubi æterna uertigine clara nitet ^{lux.}

v.c. manet

Dij

EDYLLIVM XVI.

Dii monosyllabi.

Sunt & cælicolum monosyllabas prima deum

Fas.

Quæ Themis est Graijs: post hanc Rhea, quæ

Latijs *Neptun*

Tum Louis & Consi germanus T artareus

Et soror & coniuncta fratri, regina deum

Et qui quadriugo currū pater inuehitur

Quiq; truces belli motus ciet armipotens

Quem nunquam pietas, nunquam bona sollicitat

Nec cultor nemorum reticebere Menalide

Nec Genius domuum Larunda progenitus

Fluminibusq; Italij prepollens sulphureus

Quæq; piat diuīm periuria nocticolor

Veliuoliq; maris confractor Leuconotos

Et nunquam in dubijs hominum bona destituens

Cibi.

Nec nostros reticebo cibos, quos priscus habet

Irritamentum quibus additur æquoreum

Olim communis pecori cibus atq; homini

Ante equidem campis quam spiccia suppeteret

Mox ador atq; adoris de polline pultificum

Instruxit mensas quo quondam Romulidum

Hinc cibus, hinc potus, cum diluenter aqua

Est inter fruges morsu piper æquiparans

Et Pelusiano de semine plana teres,

Et duplii defensa putamine quinguegenus

Quodq; cibo, & potu placitum, labor acer apum,

potu Nature liquor iste nouæ, cui summa natat

Historia & fabulæ.

Solamen tibi Phœbe nouum dedit Oebalius

priva Scul.

Ops.

Dis. *Pluto*

Vis. *V. Reg. Cælestis*

Sol. *V. magna nobis.*

Mars. *Juno.*

Pax.

Pan.

Lar. *que alio nomine la*
ra, dala, & Nuti

Nar.

Sut furia Nar

Styx.

Libs.

Lebo, somire,

Tribul, Nec ipsa def

tribut.

mos:

sal.

glans,

frux que species inascat,

far,

plebs.

and Pulumetaria

puls.

gith

lens.

Virg. 1. Georg.

nux.

mel.

Gydro meli, &

oxymeli,

fx

vid.

Macrob. 7. Satyr,

flos.

Flore

Flore alio reus est Narcissi morte sacer
Cædix Adone e mala gloria fulmineus
Periurum Lapitham lunonia ludificat
Ludit et Aeciden Parnassia delphicole
Roma Threiciū, * Et furiata cæstro tranat mare Cimmerium
Libicum, fre Non sine Hamadryadis fato cadit arborea
popcta, Cimme= Quo generata Venus, Saturnia desecuit
riumq; secat Sæua inter rupes Scythicas sterit alibus
bos. Vnde Prometheus de corpore sanguineus
Affergit cautes, et dira aconita creat
ibicus ut perijt uindex fuit altiuolans
Aecide ad tumulum mistata est Andromache
Carcere in Argiuo Philopœmena lenta adjit
Terita opima dedit spoliatus Aremoricus
Sera ueneno potu abstulit Hannibalem
Vlrix flagrauit de rupibus Euboicis
Lars. Stat Louis ad cyathum, generat quem Dardanius
Prepetibus pennis super æra uectus homo
Intulit incestam tibi uim Philomela ferus
Barbarus est Lydus, seruus Geta, foemineus
Res Astie quantas leto dedit immeritas
Fillics Ligures, Nota in portentis Thebana tricorporibus
Chaledonijs Nota* et paruorum cuius muliebre scelus
car. nuribus mu-

V. C. liebre decus
Annum ab exortu cum floriferum referat
Cuncta uigent, nemus omne uiret, nitet auricomum
Et passura umbras radicitus exigitur
Non denso ad terram lapsu glomerata fluit
Florum spirat odor, Libani ceu montis honor
Iam pelago uolitat mercator uestitus
duperfit nomen ualens, Verna comedit, neque tristis, hiscoid
no soc loco, sed post Nisi superius, talaces ligures,

fons.
sus.
nubs.
sors.
bos.
trabs.
falx.
crux.
ros.
cos.
grus.
glos.
mors.
Lars.

nex.
fax.
Tros.
Cres.
Thrax.
Phryx.
fraus.
Sphinx.
Stryx.

Responsa ad interrogationem.

Quis subit in poenam capitali iudicio?	Ruto Sept. Predes uas. Vide pante præs. * Edin's reg T brax.
Quis cum lis fuerit nummaria, quis dabitur?	fur.
Quis Mirmilloni contenditur et quimanus?	lanx.
Inter uirtutes quod nomen Mercurio?	Cos.
Thuribula, et patera, que tercia uasa deum?	grex.
Cincta mari quenam tellus creat Hippocratem?	mons.
Grex magis, an regnum Minoida sollicitat?	glis.
Quid preter nubem Phæcibus imposuimus?	glut.
Dic, cessante cibo somno quis opinor est?	Sponte ablatui casus, quis rectus erit?
Tergora dic clypeis accommoda que faciat?	Soppr.
Quadrupes oscinibus quis iungitur auspicijs?	Spont. frons.
Quid fluitat pelago, quod non natat in fluvio?	Mus. Plin. Soricu oc pix. cebu divisij supp 7. Saber as. cur. Annals reg Bissenas partes quis contineat equipares?
Tertia defuerit si portio, quid reliquum?	bes.
Ei logodædalæ stridet modo quid nimium?	trux. In a cubus fa Fruiola condemnatis, ne quā quoq; cum precio est merx.
Ennius ut memorat, replete latiticum	v. c. v. c. gnat Liuida mens hominum concretum, felie coquat
Celtarum posuit sequitur non lucidius	Al. Logodædal po Tauri. licet orionis arti Imperium, liten, uenerem, cur una notet
Est si ne peregrini uox nominis, an Latij?	fil. no. Iauu acumen
In tribus in geninis constratus ponto sit, an fit pons.	seps. Hoc Sil. huic Et quo Bucolico sepes dixit Maro, cur Cicero
gymna Vox solita, et cunctis notissima, si memores,	lac. Silig. Tauri. et lact. pigmei genit. cui
Cur condicuntur, ratio magis ut faciat	lact. minime ut Vitru An Libyæ ferale malum sit Romula uox
Si bonus est insons, contrarius et reus est	seps. v. et Plin.
Dives opum cur nomen habet Ioue de Stygio	sous. Lucas. Oba qz Dis. diabolus cu cor Vnde seps.

Rudius, sive n. Cic. Rudis plur. Mela, Rudis Plb. vrb.
 Apulei Et 112 pria, Maninii AVSONIUS Alfonso celu, ut
 et Strabo l. 10. Vnde Rudinus ait: Diuum domus altisonum
 Cetero addidit: En- Et cuius de more, quod adstruit, inde suam
 do suam Aut de fronde loquens cur dicat populea
 alias unde Sed quo progedior? que finis quis modus &
 cetero Endo Pacate Indulge Pauline, bonus, doctus, facilis
 sua do * quid. Totum opus hoc sparsum crinis uelut Antiphile. * Pax
 Caris. Frns. Guj. Frades. / Terci. Hs. At Anthysia. Capilli pax bus
 quod sic ab Ennio est de Quod sequitur inter Ausoniana repe- pax, circuca
 rit Maclus. extat & in put Reicet in
 clamat. Annal. l. 7. Rursum frades, no. Frades, non exemplari. Jutor, pax, 12. tab. 3
 De literis Monosyllabis Gracis ac Latinis.

D v x elementorum studijs uiget in Latijs
 Et suprema notis ascribitur Argolicis
 Ha quod Aeolidum, quodq; ualeat hoc latiar
 Preesto quod E Latium semper breve Dorica uox
 Hoc tereti argutoq; sono legat Attica gens
 Ω quod & Y Grecum compensat Romula uox
 Littera sum iota similis, uox plena, iubens,
 Cecropijs ignota notis, furiale sonans,
 Pythagore biuum ramis pateo ambiguis
 * confspicior Vocibus in Grais nunquam ultima * comperior
 Zeta iacens, si surgat, erit nota, que legitur
 Meandrum flexuq; uagos mutata uigor
 Diuiduum Betae monosyllabon Italicum
 Non formam aut uocem Deltae gero Romuleum
 Hostilis que forma iugi est hanc efficiet
 Ausonium si P scribas, ero Cecropium
 Et Rho quod Greco mutabitur in Latium
 Malus ut antemnam fert uertice, sic ego sum
 Spirius hic status tenuissima uiuificans

A Ω E E O O I V Y M N ξ B D Π P P T H
 Hec

EDYLLIVM XVI.

213

Hec tribus in Latio tantum addit nominibus
 Preualuit postquam Gammæ uice functa prius
 Adq; alium pro se titulo replicata dedit
 An si cincta duabus erit cum Iota leges
 In Latio numerus denarius Argolicum
 Hec gruis effigies Palamedica porrigitur
 Cappa fuit quondam Boeotia, nunc Latium
 Furca tricornigera specie pene ultima sum

Ausonius Paulo. S.

PER LEGE hoc etiam, si operæ est, friuolum &
 nullius pretii opusculum, quod nec labor excudit, nec
 cura limauit, sine ingenui acumine, & moræ maturi-
 tate. Centonem vocant, qui primi hac conicinnatione
 luserunt. Solæ memoriae negotiorum sparsa colligere,
 & integrare lacerata: quod ridere magis, quam lauda-
 re polsis. Pro quo, si per sigillaria in auctiōne vāni-
 ret, neque Afranius nauici daret, nec Stichum suum
 Plautus offerret. Piget enim Virgiliani carminis di-
 gnitatē tam ioculari de honestasse materia. Sed quid
 facerem? iussū erat. Quodq; est potentissimum im-
 perandi genus, rogabat qui iubere poterat, imperator
 Valentinianus, vir meo iudicio eruditus, qui nuptias
 quondam eiusmodi ludo descriperat, aptis equidem
 versibus & compositione festiua. Experiri deinde vo-
 lens quantum nostra contentione præcelleret, simi-
 le nos de eodem concinnare præcepit. Quām scrupu-
 losum hoc mihi fuerit intellige, neq; anteferri vo-
 lebam, neque poshaberi, cūm aliorum quoq; indicio
 detegenda esset adulatio* incepta, si cederem: insolentia,
 si vt æmulus eminerem. Suscepit igitur similis re-
 cusanti, feliciterq; & obnoxius gratiam tenui, nec
 victor offendi. Hoc die vno & addita lucubratione

h prop

* inceptia
Mariang.

properatum modò inter litorarios meos cum reperissem, tanta mihi candoris tui & amoris fiducia est, vt seueritati tuae nec ridenda subtraherem. Accipe igitur opusculum de inconnexis continuum, de diuersis vnum, de seriis ludicrum, de alieno nostrum, ne in sacris & fabulis, aut Thyonianum mireris, aut Virbium, illum de Dionysio, hunc de Hippolyto reformatum. Et si pateris vt doceam, docendus ipse Cento quid sit, absoluā. Variis de locis, sensibusq; diuersis, quædam carminis structura solidatur, in vnum versum vt coēant aut cæsi duo, aut vnum & sequens cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum est, & tres vna serìa merae nugæ diffunditur autem per cæsuras omnes quas recipit versus Heroicus, conuenire vt possit, aut penthemimeris cum reliquo anapæsto, aut trochaice cum posteriore segmento, aut post septem semipedes cum anapæstico chorico, aut post dactylum atque semipedem quicquid restat hexametro: simile vt dicas ludicro, quod Græci διπλαχαν vocauerent. Osicula ea sunt: ad summam quattuordecim figuræ geometricæ habent: sunt enim æquilatera, vel triquetra extensis lineis, aut rectis angulis vel obliquis. Ifoscele ipsi vel isopleura vocant, orthogonia quoq; & scalena. Harum verticularum variis coagimenti simulantur species mille formarum. Elephantus belua, aut aper bestia, anser volans, & mirabilis in armis subsidens, venator & latrans canis, *turturis quin * & turris, & cantharus, & alia huiusmodi innumerabilium figurarum, quæ alias alio scientius variegant. Sed peritorum concinnatio miraculum est, imperitorū iunctura ridiculum. Quo prædicto scies, quod ego posteriorem imitatus sum. Hoc ergo centonis opusculum, vt ille ludus tractatur pari modo, sensus diuersi vt congruant, adoptiuæ quæ sunt, vt cognata

gnata videantur, aliena ne interluecent, * accersita ne * arcessita vim redarguat, densa ne supra modum protuberent, hiulca ne pateant. Quæ si omnia ita tibi videbuntur, vt præceptum est, dices me composuisse Centonem: & quia sub imperatore meo tum merui, procedere mihi inter frequentes stipendum iubebis. Sin aliter, ære dirutum facies, vt cumulo carminis in fiscum suum redacto, redeant veritas vnde venerunt. Vale.

D. Ausonii Cento nuptialis.

EDYL. 17

Accipite hæc animis, letasq; aduerite mentes
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis:
Ambo florentes, genus insuperabile bello,
Tuq; prior: nam te maioribus ire per altum
Auspicijs manifesta fides: quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior ex armis:
Tuq; puerq; tuus, magna spes altera Rome,
Flos ueterum, uirtusq; uirum, mea maxima cura,
Nomine auum referens, animo, manibusq; parentem.
Non iniussa cano: sua cuiq; exorsa laborem
Fortunamq; ferent: mihi iussa capessere fas est.

Coena nuptialis.

Expectata dies aderat, dignisq; hymenæis
Mares atque uiri, iuuenesq; ante ora parentum
Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas, oneranisq; canistris
Dona laboratæ Cereris, pinguisq; ferine.
Viscera tosta ferunt: series longissima rerum.

h 2 Alit

Altum pecudumq; genus, capreæq; sequaces
 Non absunt illis, nec oves hædiq; petulci,
 Et genus æquoreum, dame, ceruiq; fugaces.
 Ante oculos interq; manus sunt mitia poma.
 Postquam exempta famæ, & amor compressus edendi,
 Crateras magnos statuunt, bacchumq; miustrant.
 Sacra canunt, plaudunt, choreas & carmina dicunt.
 Necnon Threicius longa cum ueste sacerdos
 Obloquitur numeris septem discrimina uocum.
 At parte ex alia bisorem dat tibia cantum.
 Omnibus una quies operum, cunctiq; relictis
 *lumina Consurgunt mensis, per limina *lata frequentes
 Discurrunt, uariantq; uices populusq; patresq;
 Matronæ, pueri, uocemq; per ampla uolant
 Atria, dependent lychni laquearibus aureis.

Descriptio egredientis sponsæ.

Tandem progreditur Veneris iustissima cura,
 Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis:
 Virginis os, habitumq; gerens, cui plurimus ignem
 Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
 Intentos uolens oculos, uritq; uidendo.
 Illam omnis tactis, agrisq; effusa iuuentus,
 Turbaq; miratur matrum: uestigia primi
 Alba pedis, dederatq; comam diffundere uenit:
 Fert picturatas auri sub tegmine uestes:
 Ornatus Argiue Helenæ: qualisq; uideri,
 Cœlicolis & quanta solet Venus aurea contra,
 Talis erat species, talem se lata cerebat
 Ad soceros, folioq; alte subnixa resedit.

Desc

Descriptio egredientis sponsi.

At parte ex alia foribus sese intulit altis
 Ora puer prima signans intonâ iuuenta,
 Pictus acu chlamydem auratam, quam plurima circum
 Purpura Meandro duplice Melibœa cucurrit:
 Et tunicam molli mater quam neuerat auro:
 Os, humerosq; deo similis, lumenq; iuuentæ.
 Qualis ubi oceani perfusus lucifer unda
 Extulit os sacrum cælo: sic ora cerebat,
 Sic oculos, cursuq; amens ad limina tendit.
 Illum turbat amor, figitq; in uirgine uultus.
 Oscula libauit, dextramq; amplexus inhesit.

Oblatio munerum.

Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum
 Dona ferunt, pallam signis auroq; rigentem:
 Munera portantes, aurisq; eborisq; talenta,
 Et sellam, & pictum croceo uelamen acantho.
 Ingens argentum mensis, colloq; monile
 Bascatum, & duplcam gemmis auroq; coronam.
 Olli serua datur, geminiq; sub ubere nati.
 Quattuor hic iuuenes, totidem innuptæq; puellæ:
 Omnibus in morem tonsa coma: pectore summo
 Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Epithalamium utrique.

Tum studio effuse matres ad limina ducunt.
 At chorus equalis, pueri innuptæq; puellæ
 Versibus incomptis ludunt, & carmina dicunt.
 O digno coniuncta uiro, gratissima coniunx
 Sis felix primos Lucina experta labores,

b 3

Et

Et mater: cape Maonij carcheſia Bacchi.
 Sparge m. arite nuces, cinge hæc altaria uitæ,
 Flos ueterum, uirtusq; uirum: tibi ducitur uxor,
 Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
 Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
 Fortunati ambo, si quid pia numina possunt.
 Vixite felices, dixerunt: currите fufis
 Concordes stabiliſ fatorum numine Parce.

Ingressus in cubiculum.

Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
 Peruenit, licito tandem sermone fruuntur.
 Congresi iungunt dextræ, stratisq; reponunt.
 At Cytherea nouas artes, & pronuba Iuno
 Sollicitat, suadetq; ignota laceſſere bella.
 Ille ubi complexu molli ſuuet atq; repente
 Accepit ſolitam flammarum, lectumq; iugalem:
 O uirgo noua mi facies gratifima coniunx,
 Venisti tandem mea ſola & ſera uoluptas.
 O dulcis coniunx, non hæc ſine numine diuū
 Prouenient: placido ne etiam pugnabis amoris
 Talia dicentem iamdudum auerſa tuerit,
 Cunctaturq; metu, telumq; inſtare tremiſcit:
 Spemq; metumq; inter, ſundiūq; has ore loquelas:
 Per te, per qui te talem genuere parentes,
 O formose puer noſtem non amplius unam
 Hanc tu, oro, ſolare inopem, & miserere precantis.
 Succidimus: non lingua ualet, non corpore nota
 Sufficiunt uires, nec uox aut uerba ſequuntur.
 Ille autem, causas nequicquam necis inanes:
 Præcipitatq; moras omneis, ſoluitq; pudorem.

Par

Parecbasis.

HACTENVS castis auribus audiendum myſte-
 rium nuptiale ambitu loquendi & circuitione velati.
 Verum q̄tioniam Fescenninos amat celebritas nu-
 ptialis, verborumq; perulantiam notus vetere inſtitu-
 to ludus admittit, cætera quoq; cubiculi & leſtuli
 operta prodentur, ab eodem auctore collecta: vt bis
 erubescamus, qui & Virgil. faciamus impudentem.
 Vos, ſi placet, h̄c iam legendi modum ponite: cætera
 curioſis relinquitate.

Imminutio.

Postquam congreſi ſola ſub nocte per umbram,
 Et mentem Venus ipſa dedit, noua prælia tentant.
 Tollit ſe arreſtum, conantem plurima fruſtra,
 Occupat os faciemq; pedem pede feruidus urget.
 Perfidus alta petens, ramum qui uelte latebat,
 Sanguineis ebuli baccis minoq; rubentem,
 Nudato capite, & pedibus per mutua nexit:
 Monſtrum horrendū, informe, ingēs, cui lumen ademptū,
 Eripit à ſemore, & trepidanii feruidus inſtat.
 Eſt in ſecetu, tenuis quo ſemita duci,
 Ignea rima mucans: exhalat opaca mephitim.
 Nulli fas caſto ſceleratum inſtare limen.
 Hic ſpecus horrendum, talis ſeſe halitus atris
 Fauciſbus effundens nares contingit odore.
 Huc iuuenis nota fertur regione uiarum,
 Et ſuper incubens nodis, & cortice crudo
 Intorquet ſummi adnixus uiribus baſtam.
 Hæſit, uirgineumq; alte bibit acta cruorem.
 Inſonuere caue, gemitumq; dedere cauerne.
 Illa manu moriens telum trahit: oſſa ſed inter

b 4

Alt

Altius ad uiuum persedit uulnere mucro:
 Ter se se attollens cubitoq; innixa leuauit:
 Ter reuoluta toro est, manet imperterritus ille:
 Nec mora, nec requies: clauumq; affixus & hærens
 Nusquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat.
 Itq; rediitq; uiam toties, uteroq; recessu
 Transadigit costas, & pectine pulsat eburno.
 Iamq; fere spacio extremo fesiq; sub ipsam
 Finem aduentabant: tum creber anhelitus artus,
 Aridaq; ora quatit: sudor fluit undiq; riuis:
 Labitur exanguis, distillat ab inguine uirus.

Contentus esto Paule mi
 Lasciuia Paule pagina.
 Ridere nil ultra expeto.

*Ay Plinius. Hunc
 uerbiq; uirilis & spicay
 riteq; ignoro. cuius
 Martialis aplo est
 aufor. lib. 1. ap. 5.*

S E D cùm legeris, adesto mihi aduersum eos, qui
 (vt Iuuenal is ait) Curios simulant, & Bacchanalia ui-
 uunt, ne fortasse mores meos spectent de carmine. La-
 sciuia est nobis pagina, vita proba, vt Plinius dicit. Me-
 minorint autem quippe erudit probatissimo viro
 Plinio in poëmatis lasciuiam, in moribus constitisse
 censuram: prurire opusculum Sulpitii, nec frontem
 caperare. Esse Apuleium in vita philosophum, in epi-
 grammatis amatorem, in præceptis omnibus extare
 feueritatē, in epistolis ad Cerelliam subesse petulan-
 tiā. Platonis Symposium cōposita in Ephebo *Edyl-
 lia continere. Nam quid Anniani fescenninos? quid
 antiquissimi poëtæ Liuii Erotopægnion libros lo-
 quar? Quid Enecum, quem Menander sapientem
 vocauit? quid ipsum Menandrum? quid comicos
 omnes? quibus seuera vita est, & lœta materia. Quid
 etiam Parthenian dictum causa pudoris? qui octauo
 Aeneidos cùm describeret coitum Veneris atque
 Vul

*Epyllia

Vulcani, γνωρισθε μνιαν decenter immiscuit. Quid
 in tertio Georgicorum de summis in gregem ma-
 ritis, nōne obscenam significationem honesta ver-
 borum translatione velauit? Et si quid in nostro ioco
 aliquorum hominum feueritas vestita condemnat, de
 Virgilio accersitum sciat. Igitur cui hic ludus noster
 non placet, ne legerit: aut cùm legerit, obliuiscatur:
 aut nō oblitus ignoscat: etenim fabula de nuptiis est,
 & velit nolit aliter hæc sacra non constant.



Ausonii Pæonii Epistola-

RVM LIBER.

*

Ausonius Paulo suo S. EPIST. I

T A N D E M eluctati retinacula blanda morarum,

Burdigale molles liquimus illecebras,

Santoniacāq; urbem uicino accessimus agro:

Quod tibi si gratum est, optime Paule proba.

Cornipedes rapiant imposta petorita mulæ,

Vel cīsio trijugi, si placet, inflasias:

Vel celerem mannum, uel ruptum terga ueredum

Conscendis, propere dummodo iam uenias.

Instantis reuocant quia nos solennia Paschæ,

Liberæ nec nobis est mora desidie.

Perser in excursu uel teriuga milia epodon,

Vel falsas lites, quas schola uestra serit.

*Nobiscum inuenies nullas, quia liquimus, eia,

Vale, ualere si uoles me, uel uola.

*Vetus habet
 exempl.

Nobis . inu.

multas, quia

liquimus i-

stic

Nug. rum ue

teres cum sa

le reliqui. us.

b s

Auso

Ausonius Paulo. EPIST. 2.

Si qua fides falsis unquam est adhibenda poëtis,
Nec plas*m*a semper allinunt,
Paule, camoenarum celeberrime Castiliarum
Alumne quondam, nunc pater,
Aut auus, aut proau*s* antiquior, ut fuit olim
Tartesiorum regulus:
Intemerata tibi maneant promissa memento.
Phœbus iubet uerum loqui.
Et si Pierias patitur lirare sorores,
Nunquam ipse torquet aulaca.
Te quo*q*; ne pigeat confponsi federis, et iam
Citus ueni remo, aut rota,
Acquoris undos*i* quà multiplicata recursu
Garumna pontum prouocat:
Aut iteratarum quà Glare trita uiarum
Fert militarem ad Blaviam.
Nos etenim primis sanctum post Pascha diebus
Auemus agrum uisere.
Nam populi coetus, et compita sordida rix*s*
Fastidientes, cernimus
**Angustas* **Angustas* feruere uias, et congrege uulgo
Nomen plateas perdere.
Turbida congestis referitur uocibus Echo,
Tene, fer*i*, duc, da, can*e*.
Sui lutulenta fugit, rabidus canis impete seu*o*,
Et impares plaustro boues.
Nec prodest penetrare domus, et operta subire.
**septa* Per ** tecta* clamores meant.
Hec et que possunt placidos offendere mores,
Cogunt relinqu*m*enia.

Dulcia

Dulcia secreti repetantur ut ocia ruris
Nugis amœna serijs,
Tempora diffonas ubi tu tu*s*, ius*s*; tuum sit
Ut nil agas, uel quod uoles.
Ad que si properas, tota cum merce tuarum
Veni camoenarum citus,
Dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos,
Socci et cothurni musicam,
Carpentis impone tuis:nam tota supplex
Vatum piorum chartea est.
Nobiscum inuenies catenoplia, si libet uti.
Non Poena, sed Greca fide.

Ausonius Paulo S. EPIST. 3

VERVS meos utili & conscio sibi pudore celatos, carmine tuo & sermone præmissis dum putas elici, repressisti. Nam qui ipse facundus, & musicus, editioni alienæ prolectat, audaciam consilio quo suadet, exterret. Tegat oportet auditor doctrinam suam, qui volet ad dicendū sollicitare trepidantē, nec emerita aduersum tyrūculos arma cōcūtiat veterana calliditas. Sensit hoc Venus de pulchritudinis palma diu ambiguo ampliata iudicio: pudenter enim vt apud patrē velata certauerat, neque deterrebat æmulas ornatus æqualis. At postquam in pastoris examen deducta est lis dearum, qualis emerserat mari, aut cum Marte conuenerat, & consternauit arbitrum, & contendentium certamen oppresit. Ergo nisi Delirus tuus in re tenui non tenuiter laboratus, opuscula mea, quæ promi studueras, retardasset, iamdudū ego, vt palmes uadior, in hybernas adhuc auras improbum germin egisse, periculum iudicii grauis inconsulta festinatione subiturus. Denique dissolum, quem ** Tolleno-* mem

** Colono-*
mon

mē existimo propriè à philologis appellatū, adcreui
vt iubebas recēti versū tuorū lectione, non ausus ea,
quæ tibi iam cursim fuerant recitata, trāsmitti. Ete-
niam hoc poposci, atq; id ego malui, tu vt tua culpa ad
eundem lapidem bis offenderes. ego autem, quæcun-
que fortuna esset, semel erubescerem. Vide mi Paule
quàm ineptum laceſſeris, in verbis rudem, in eloquē-
do hiulcum, à propositis discrepantem in versibus cō-
cinnationis expertem, in cauillando natura inueniūtū
nec arte conditum diluti ſalis, & fellis ignauī, nec de
mimo planipedem, nec de * comœdiis histrionem. Ac
niſi hec à nobis missa ipſe lectorus eſſes, etiam de pro-
nuntiatione rideſteres: nunc cōmodiore fato ſunt, quod
licet apud nos genuina, apud te erunt adoptua.

Vinum cum bijugo parabo plauſtro
Primo tempore Santonos uehendum:
Ouum tu quoq; paſſeris marini
Quod nunc promus ait procul relictum
In fundo patrie Begeritanæ.

Auſonius Pontio Paulino. EPIST. 4

Condiderat iam ſolis equos Tarteſia Calpe,
Stridebatq; freto Titan insignis Ibero:
Iam ſuccidentes quatiebat luna iuuencas,
Vinceret ut tenebras radis, uelut emula fratriſ:
Iam uolucres, hominumq; genus ſuperabile curis
Mulcebat placidi tranquilla obliuia ſomni.
Transferant idus, mediū ſuprema decembre
Tempora uenturo properabat iungere Ianu:
Et nonas decimas ab ſe nox longa kalendas
Iugiter acciri celebranda ad festa iubebat.

Nefcis

Nefcis, puto, quod velim tot versibus dicere. me-
dius fidius neque ipſe bene intelligo: tamen ſuſpicor:
Iam prima nox erat ante diem nonum decimum ka-
lendarum Ianuariū, cum redditæ ſunt mihi literæ
tuę oppido quām literatæ: his longe iucundiffimum
poēma ſubdideras, quod de tribus Suetonii libris,
quos ille de regib; dedit, in epitomen coēgisti, tāta
elegantia, ſolus vt mihi videare affeſcutus, quod con-
tra rerum naturam eſt, breuitas vt obſcura non eſſet.
In his versibus ego iſta cognoui.

Europamq; Afiamq; duo uel maxima terræ
Membra, quibus Libyam dubie Sallustius addit
Europæ adiunctam, poſſit cum tercia dici:
Regnatas multis, quos fama obliuerat, & quos
Barbara Romanæ non tradunt nomina lingue,
Illibanum, Numidamq; Auelim, Parthumq; Vononem,
Et Caranum, Pellea dedit qui nomina regum,
Quiq; magos docuit mysteria uana * Necepsis,
Et qui regnauit ſine nomine mox Sesoſtris.

*Necepsis

Hæc tu quām perite & concinne, quām modula-
te & dulciter ita iuxta naturam Romanorum accen-
tuum enuntiaſti, vt tamen veris ac primigeniis voci-
bus ſua fastigia non perirent. Iam quid de eloquentia
dicam? liquidò adiurare poſſum, nullum tibi ad poē-
ticam facundiam Romanæ iuuentutis æquari. Certe
ita mihi videris: ſi erro, pater ſum, fer me, & noli exi-
gere iudicium obſtantे pietate. Verū cum piē dili-
gam, ſyncerè ac ſeuverè iudico. Aſſice me oro tali mu-
nere frequenter, quo & oblector, & honoror. Acessit
tibi ad artem poēticam mellea adulatio. * Quid enim *modulatio
aliud agunt,

Aud

*Audax Icaro qui fecit nomina ponto,
Et qui Chalcidicas moderate enauit ad arces:*

nisi vt & vegetam & sublimem alacritatem tuam,
temeritateim voces : me verò & consultum , & quem
filius debeat imitari, salutari prudentia præditum di-
cas ? Quod equidem contra est:nam tu summa sic ap-
petis, vt non decidas: senectus mea satis habet, si consi-
stat. Hæc ad te breuiter , & illico vespere illius seculo
mane dictavi. Ita enim tabellarius tuus, vt epistolam
referret, instabat. Nam si mihi otium fuerit oblecta-
bile, negotium erit ad te prolixius delirare, te vt eli-
ciam, mihi vt satisfaciām. Vale.

*cui Ad Ursulum Grammaticum *cuius strenas Kalend
ian. ab Imperatore non datas reddi fecit epis. 3

*foret primus iucundi fuit hic tibi fructus honoris
Auguste faustum nuncus habere manus.

Proximus ex longo gradus est, Questoris amic
Cum in tua strenue excubuisse tuis.

Ergo interceptos regale numisma Philippos
in iugum duxit duo Ferrones:

Accipe tot numero, qui dicitur Ger. Jones.
Quot terni bijuges, demptoq; triente Camæna

Quotq; super terram sydera Zodiaci:
Quot commissa uiris Romana, Albanaq; fata,

Quotq; doces horis, quotq; domu resides:
Ostia quot pro parte aperit stridenti*i* circus,

Excepto, medium quod patet ad stadium:
Quot pedibus graduntur apes, et uersus Hor

*Quot horis pelagus profluit, aut refluit:
Protulit in scenam quot dramata fabellarum,*

*Arcadie medio qui iacet in gremio:
Vel quod iuncturas geometrica forma fauorum*

Ver y que en su memoria, , ,

Conser

Conserit extremis omnibus et medijs.
Quot telios primus numerus solusq; probatur,
Quot par atque impar partibus equiparatur.
Bis ternos, et ter binos quia conserit unus,
Qui solus totidem congregatus habet.
Quot faciunt iuncti subterq; supraq; locati,
Qui numerant Hyadas Pleiadasq; simul.

Vrsule collega nobilis Harmonio:
Harmonio, quem Claranus, quem Scaurus, et asper
Quem sibi conferret Varro, priorq; Crates:
Quiq; sacri lacerum collegit corpus Homeris,
Quiq; notas spurijs uersibus apposuit.
Cecropie commune decus, Latiaq; camoenæ,
Solus qui Chium miscet, et Ammineum.

nius Paulino S.

Paulino Ausonius, metrum sic suusat, ut esses
Tunc tunc, ut nunc, tuas, tuas, tuas.

Quanquam & fastorum titulo prior, & tua

*Præcessit nostrum sella curulis ebur:
Et quæ iam dudum tibi palma poetica pollet,*

*Luminis ornata est, quo mea palma caret.
Longae tantum superamus honore senecte.*

*Quid refert cornix non ideo ante cynum.
Nec quia mille annos uiuit Gangeticus ales,*

Vincit centum oculos regie pauo tuos.
Cedimus ingenio quantum precedimus evo:

*Assurgit muse nostra camœna tue.
Vine uale ex tadiem uenturos concere lano*

Quot tuus aut noster conseruere patres.

Ausfor

Ausonius Paulino suo salutem dicit.

EPIST. 7

Quanto me affecit beneficio non delata quidē,
sed suscepta querimonia mea, Paulini fili? veritus dis-
plicuisse oleum quod miseras, munus iterasti, addito
etiam Barcinonensis muriæ condimento cumulatus
præstisti. Scis autē me id nomen muriæ, quod in vñ
vulgi est, nec solere, nec posse dicere, cum scientissimi
veterum, & Græca vocabula fastidientes, Latinum in
Gari appellatione non habeant. Sed quocunq; nomi-
ne loquar, liquor iste Sociorum vocatur. Vale.

Iam patinas implebo meas, ut parcior ille
Maiorum mensis Apalariā succus inundet.

Quid autē tam amabile, tamq; hospitale, quām quōd
tu vt me participes delicias tuas in ipsa primitiarum
nouitate defraudas? ô melle dulcior, ô gratiæ venu-
state festiuor, ô ab omnibus patrio stringende com-
plexu. Sed hæc atq; alia huiusmodi documenta libe-
ralis animi aliquis fortasse & aliquando, quanuis ra-
rius, illud de epistolarum tuarum eruditione, de poë-
matiis iucunditate, de inuentione & continuatione, iu-
ro omnia, nulli vñquam imitabile futurum: & si fa-
teatur, imitādum. De quo opusculo, vt iubes, faciam.
Exquisitus vniuersa limabo, & quamuis per te ma-
nus summa contigerit, cælum superflua expolitionis
adhibeo, magis vt tibi paream, quām vt perfectis
aliqd adiciam. Interea tamē ne sine corollario poë-
tico tabellarium tuus rediret, paucis iābicis præluden-
dum putaui, dum illud quod à me heroīco metro de-
syderas, inchoatur. Ibi tamen (ita te & Hesperium
falso habeam) *quod ad spatiū lucubratiunculæ
vnius effusi, quanquam *hæc ipsi de se probabunt, ta-
men nihil diligentiae vltioris habuerunt. Vale.

Iambe

* quod spa-
tio

* hoc

Iambe Paribis & Cydonum spiculis,
Iambe pinnis alitum uelocior,
Padi ruentis impetu torrentior,
Magna sonore grandinis ui densior,
Flammis corusci fulminis vibratior:
Iam nunc per auras Persei talaribus,
Petaſoq; ditis Arcados uectus uola.
Si uera fama est, Hippocrene, quam pedis
Pulsi citatam cornipes fudit fremens.
Tu fonte in ipso procreatus Pegasi,
Primus nouorum metra iuxisti pedum,
Illico musis concinentibus nouem
Cædem in draconis concitasti Delium.
Fer hanc salutem præpes & uolucipes
Paulini ad usq; moenia, Hebromanum loquor:
Et protinus iam si resumpis uiribus
Alacri reſecti corporis motu uiget,
Saluere iuſſum mox reposce mutuum.
Nihil moreris, iamq; dum loquor, redi:
Imitat⁹ illum stirpis auctorem tue,
Triplici furentem qui Chimæram incendio
Superuolauit tutus igne proximo.
Dic & ualere, dic auere te iubet
Amicus, & uicinus, & fautor tuus,
Honoris auctor, aitor ingenij tui.
Dic & magister, dic parens, dic omnia
Blanda atque sancta charitatis nomina.
Aueq; dicto, dic uale, & actutum redi.
Quod si rogabit, quid super scriptis nouis
Maturus æui nec rudis dijudicem,
Nescire dices: sed paratum iam fore

i Hero

Heroicorum ueruum plenum essedum:
 Cui subiugabo de molarum ambagibus,
 Qui machinali saxa uoluunt pondere
 Tripedes caballos, terga ruptos uerbere:
 His ut uehantur tres sodales nunti.
 Fors & rogabit quos sodales dixeris
 Simul uenire. dic trinodem dactylium
 Vidi paratum crucianti canterio.
 Spondeus illi lentipes ibat comes.
 Paribus moratur qui locis cursum meum,
 Mibiq; similis, semper aduersus tamen
 Nec par, nec impar, qui Trochaeus dicitur.
 Hec fare cursim, nec moratus peruola;
 Aliquid reportans interim manusculi
 De largitate musici promptarij.

Ausonius Paulino suo.

E P I S T . 8

M V L T A S & frequentes mihi gratiae tuæ causas, &
 occasio subinde nata concinnat, & naturæ tuæ facilis
 tas benigna conciliat, Pauline fili. Nam quia nihil po-
 scente me abnus, magis acuis procaciam, quam re-
 tundis, vt nunc quoq; in causa Philonis procuratoris
 quandam mei experiere. Qui apud Hebromanū con-
 ditis mercibus, quas per agros diuersos coemit, con-
 cesso ab hominibus tuis vñs hospitio immature peri-
 clitatur expelli. Quod nisi indulseris rogante me, vt
 & mora habitandi ad commodum suum vtatur, &
 nauis aliue quaui naui usque ad oppidum præbi-
 ta frugis aliquantulum nostra aduehi posuit, Luca-
 niacus vt inopia liberetur mature, tota illa familia
 hominis literati non ad Tullii Frumentariam, sed ad
 Curculionem Plauti pertinebit. Hoc quo facilius im-
 petra

petrarem, aut quo maiorem verereris molestiam, si
 negares, concinnatam iambis signatamq; ad te epi-
 stolam misi, ne subornatum diceres tabellarium, si ad
 te sine signi fide veniret. Signauit autem, non ut Plau-
 tus ait, per ceram & linum literasq; interpretes, sed
 per poëticum characterem magis notauius, tan-
 quam signum impressum iudicares.

Philon, meis qui uillicatus predijs,
 Ut ipse uult epitropos:
 Nam gloriosum Græculus nomen putat,
 Quod sermo fucat Doricus
 Suis querelis afferit nostras preces,
 Quas ipse lentus prosequor.
 Videbis istum, qualis aetet comminus,
 Imago fortune sue:
 Canus, comoësus, hispidus, trux artubus,
 Terentianus Phormio:
 Horrens capillis ut marinus asperis
 Echinus, aut uersus mei.
 Hic sepe falsus mesibus uergrandibus
 Nomen perosus uillici
 Semente sera, sive multum precoqua,
 Et syderali infictia,
 Celum lacefens, seq; culpe subtrahens,
 Reos peregit celites:
 Non cultor instans, non crator gnarus est,
 Promusq; quam condus magis,
 Terram infideli nec feracem trinuans
 Negotiari maluit.
 Mercatur rem quoquo foro uenialium:
 Mutuat ad Greccam fidem,

i 2 84

Sapiensq; supra Grecie septem viros
Octauus accessit sophos.
Et nunc paravit caseo triticum & sale.
Nouusq; pollet emporus.
Adit inquilinos, rura, viicos, oppida,
Soli & sali commercio.
Acatis, phaselis, lintribus, stlatis, rate,
Tarnim & Garumnam permeat:
Ac lucra dannis, damna mutans fraudibus,
Se ditat, & me pauperat.
Is nunc ad usque uectus Hebromanum tuam,
Sedem locavit mercibus.

Desyderantur
hic aliquot
versus.

*
Vt inde nauo deuehat.

*
Nosetros in usus ut refert.
Hunc ergo paucis ne graueris hospitem:

*
Adiutus ut mox nauis auxilio tue
Ad usq; portus oppidi
Iam iam Perusina & Saguntina fame
Lucaniacum liberet.
Hoc si imperatum munus abs te accepero,
Prior colere, quim Ceres,
***Medon** Triptolemon olim, sive *Medem, quem uocant:
Aut Tullianum Buzygen,
Tuo locabo posferendos nomini.
Nam munus hoc fiet tuum.

Ausonius Paulino. EPIST. 9
Proxima, quæ nostræ fuerat querimonia chartæ,
Credideram, quod te Pauline inflectere posset,

Elic

Eliceretq; *tuam blanda obiurgatio *uocem:
Sed tu iuratis uelut alta silentia sacris
Deuotus teneas, peritas in lege tacendi.
Non licet: an ne pudet, si quis tibi iure paterno
Viat amicus adhuc, maneaq; obnoxius heress
Ignauos agitet talis timor, at tibi nullus
Sit metus, ex morem misse acceptæq; salutis
Audacter retine: uel si tibi proditor instat,
Aut quæstoris grauior censura timetur,
Occurre ingenio, quo sepe occulta teguntur.
Threicij quondam quam seu licentia regis
Fecerat elinguem, per licia texta querelas
Edidit, & tacitis mandauit crimina tellis.
Et pudibunda suos malo commisit amores
Virgo, nec erubuit tacituro conscientia pomo.
Depressis scrobibus uitium regale minister
Credidit, idq; diu texit fidißima tellus.
Inspirata debinc uento cantauit arundo.
Lacte incide notas, arescens charta tenebit;
Semper in aſſpicuis prudentur scripta fauillis. f, a ſpicis, et coſpicis.
Vel Lacedemoniam Scytalem imitare, libelli
Segmina Pergamei tereti circundata ligno
Perpetuo inscribens uersu, qui deinde solutus
Non respondentis ſparſo dedit ordine formas,
Donec conſimilis ligni replicetur in orbem.
Innumeras poſſum celandi ostendere formas,
Et clandestinas ueterum reſerare loquelas.
Si prodi Pauline times, noſtræq; ueroris
Crimen amicitie, Tanaquil tua neſciat iſtud:
Tu contemne alios, nec dedignare parentem
Adſari uerbis, ego ſum tuus aitor, & ille

*uas

*Musas

Præceptor primus, ueterum largitor honorum,
Primus in Aonidum qui te collegia duxi.

Ausonius Paulino S. EPIST. 10

*certi Discutimus Pauline iugum, quod *nota fonebat
*uenerabile Temperies, leue quod possum & *tolerabile iunctis
Tractabat paribus concordia nitis habenis:
Quod per tam longam seriem uolentibus annis
Fabula non unquam, nunquam querimonia mouit:
Nulla querela loco pepulit, non ira, nec error,
*Nec que *Nec que compositis male suader credula canis,
compositis Concinnat uerisimilis suspicio culpas.
male sua Tam placidum, tam mite iugum, quod uterque parentes
de credula Ad senium nostrum traxere ab origine uite,
causis, Impositumq; pīs hereditibus usq; manere
Optarunt, dum longa dies dissolueret æcum.
Et mansit, dum Leti fides, nec cur a laborat
Officij seruare uices, sed sponte feruntur
Incuspidum sibi continua currum.
Hoc tam mite iugum docili ceruice subirent
Martis equi, stabuloq; feri Diomedis abacti,
Et qui mutatis ignoti Solis habēnis
Fulmineum Phæthona Pado mersere iugales.
Discutitur Pauline tamen, nec culpa duorum
Ista, sed unius tantum tua: namq; ego semper
Contenta ceruice feram: consorte laborum
Destiuor, nec tam promptum gestata duobus
Vnum deficiente pari perfere sodalem.
Non animus uiresq; labant, sed iniqua ferendo
Condito est oneri, cum pondus utrumq; relicto
Ingruit, acceduntq; aliena pondera libre.

Sic

Sic pars ægra homini's trahit ad contagia sanum
Corpus, & exigui quantis discriminare membra
Tota per innumerous artus compago uacillat
Obruix usque stamen ueteris ne desit amuci
Me durante fides, memoriq; ut fixa sub auro
Restituant profugum solitaria cassa sodalem
Impie, Pirihoo disiungere Thesea possit
Euryalumq; suo socium secernere Niso
Te suadente figam, Pylades liquisset Orcem
Nec custodisset Siculus uadimonia Damona
Quantum oblectamen populi, que uota honorum
Sperato fraudata bono: gratiantia cuncti
Verba loquebantur iam nomina nostra parabant
Inserere antiquis cui melioris amicis.
Cedebat Pylades, Phrygij quoq; gloria Nisi
Iam minor, & promissa obiens uadimonia Damona
Nos documenta magis felicia qualia magnus
Scipio, longæuiq; dedit sapientia Læli.
Nos studijs animusq; iisdem miracula cunctis
Hoc maiora, pares sumus quod dispere in auro
Ocyus illa ingi fatalis soluere lora
Pelleum potuisse ducem reor, abdita opertis
Principijs, & utroq; caput celantia nodo
Grande aliquod uerbum nimurum diximus, ut se
Inferret nimis uindex Rhannusia uotis.
Arsacide ut quondam regis non lata triumphis
Grandia uerba premens ultrix dea Medica belli
Sistere Cecropidum in terris monumenta parant
Obslituit, & Graio iamiam singenda trophyo
Utro etiam uictis Nemesis stetit Attica Pensis.
Que tibi Romulidas proceres uexare libido est?

i

4

In

In Medos Arabasq; tuos per nubila, & atrum
 Perge chaos. Romana procul tibi nomina sunt.
 Ilic quere alios oppugnatura sodales,
 Liuor ubi iste tuus, ferrugineumq; uenenum
 Opportuna tuis inimicat pectora fucis.
 Paulinum, A usoniumq; uiros, quos sacra Quirini
 Purpura, & auratus trabea uelauit amictus,
 Non decet insidijs peregrina cedere diue.
 Quid queror? Eoiq; infector criminis monstri
 Occidui me ripa Tagi, me Punica ledit
 Barcino: me bimaris iuga ninguda Pyrenei:
 Mœnibus* è patrijs forsitan quoque uestis & orbi,
 Quemq; suo longo dirimat prouincia tractu
 Trans montes, solemq; alium, trans flumina & urbes,
 Et quod terrarum, celiq; extenditur inter
 Emeritaq; amnes, latæq; fluenta Garumnae.
 Quod si interuallis spatiū tolerabile limes
 Poneret exiguis, quanvis longa omnia credant
 Qui simul esse uolunt, faceret tamen ipsa propinquos
 Cura locos, medijs iungens distantia uerbis,
 Sanctonus ut sibi Burdigalan, mox iungit Aginum
 Illa sibi, & populos Aquitanica rura colentes.
 Vitj; duplex Arelas Alpine tecta Vienne,
 Narbonemq; pari spatio sibi conserit: & mox
 Quinquuplicem socias tibi Martie Narbo Tolosam.
 Hoc mihi si spatiū uicinis mœnibus esset,
 Tunc ego te ut nostris aptum completerer ulnis,
 Adflareiç; tuas aures nostræ aura loquela.
 Nunc tibi trans Alpes, & Marmorean Pyrenen
 Cesare & Augusteq; domus Thyrrenica propter
 Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino pontor.

Mart. minime lib.
 E moria Deciano

Cesareus fa.

Ter

Ter iuga Burdigale, trino me flumina coetus Sio H. rat. Ne gelida nemus
 Secernunt turbis popularibus, otiaq; inter Secundus regulo.
 Vitiferi exercent colles, letumq; colonis
 Vber agri, tum prata uirentia, tum nemus umbris q; arboribus arisq; videntur
 Mobilibus, celebriq; frequens ecclesia uico:
 Totq; mea in* Nouero sibi proxima prædia pago, * Nouaro
 Dispositis totum uicibus uariata per annum, Fl. rat. Est obi plus tepeant
 Egelide ut tepeant hyemes, rabidosq; per aestus breves, vi grataru aura
 Adspirent tenues frigus subtile aquilones. L. in atra aut rabido camis, aut mo-
 metta Zonis.
 Te sine sed nullus grata uice prouenit annus.
 Ver pluuium sine flore fugit, canis aestifer ardet,
 Nulla autumnales uariat Pomona sapores:
 Effusaq; hyemem contristat Aquarius unda.
 * Agnoscens tuam Ponti dulcissime culpam?
 Nam mihi certa fides, nec commutabilis unquam
 Paulini illius ueteris reverentia durat:
 Quæq; meo atq; tuo fuerat concordia patri
 Si tendi facilis cuiquam fuit arcus Vlyssi,
 Aut preter dominum uibrabilis ornis Achilli,
 Nos quoq; tam longo Rhamnusia fodere soluet.
 Sed cur tam moesto sero tristia carmina uersus?
 Et non in meliora animus se uota propinquat:
 Sit procul iste metus: certa est fiducia nobis,
 Si genitor natusq; dei pia uerba uolentum
 Accipiat, nostro reddi te posse precatu:
 Ne sparsam, raptamq; domum, lacerataq; centum
 Per dominos* ueteres Paulini regna fleamus.
 Teq; uagum toto quam longa Hispania tractu
 Immemorem ueterum peregrinis fidere amicis.
 Accurre o nostrum decus, o mea maxima cura.
 Votis omnibusq; bonis, precibusq; uocatus

i 5

Adprop

* Agnoscis.

In ueteri exē
 plari incipie
 bat noua epi
 stola ad eun
 dem Paulis
 num.

* ueteris

Ad propera, dum tu iuuenis, dum nostra senectus
 Seruat inexhaustum tibi gratificata uigorem.
 Et quando iste meas impellet nuntius aures,
 Ecce tuus Paulinus adeat, iam nunguia linquit
*** Tarbellica** Oppida Iberorum, *** Trebellica** iam tenet aruas.
*** Hebromagi** *** Hebromani** iam tecta subit: iam prædia fratris
 Vicina ingreditur, iam labitur amne secundo:
 Iamq; in conspectu est, iam prora obueritur amnis
 Ingressusq; sui celebrata per ostia portus
 Totum occursantis populi preueritur agmen,
 Et sua preteriens, iamiam tua limina pulsat.
 Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Paulinus Ausonio. EPIST. II

Quid abdicatas in meam curam pater?
 Redire musus precipit.
 Negant Camenæas, nec patent Apollini
 Dicata Christo pectora.
 Fuit ista quondam non ope, sed studio pari:
 Tecum mihi concordia
 Ciere surdum Delphica Phœbūm specu.
 Vocare Musas numina,
 Fandiq; munus numere indulsum Dei
 Petere, fonte, nemore, aut iugis.
 Nunc alia mentem uis agit, maior deus.
 Aliosq; mores postulat:
*** Sibi** reposcens ab homine manus suum
 Viuamus ut uite patri,
 Vacare uanis otio aut negotio,
 Et fabulosis litteris,
 Vetus suis ut pareamus legibus.

Lucemq;

Lucemq; cernamus suam in idoneo tempore, et in illa
 Quamvis sophorum callida arsq; rhetorum &
 Figmenta uatum nubilent,
 Qui corda falsis atq; uanis imbuunt,
 Tantumq; linguis instruunt,
 Nihil adserentes ut salutem conseruant,
 Quod ueritatem detegat.
 Quid enim tenere uel bonum aut uerum queant,
 Qui non tenent summum caput,
 Veri boniq; somitem & fontem Deum?
 Quem nemo nisi in Christo uidet.
 Hic ueritatis lumen est, uite uia,
 Vis, mens, manus, uirtus patris,
 Sol æquitatis, fons honorum, flos dei,
 Natus deo, mundi sator,
 Mortalitatis uita, nostræ & mors necis.
 Magister hic uirtutum,
 Deusq; nobis, atq; pro nobis homo
 Nos induendo se exuuit,
 Aeterna iungens homines inter & Deum
 Virtusq; se commercia.
 Hic ergo nostris ut suum præcordijs
 Vibrauerit celo iubar,
 Absterget ægrum corporis pigritum,
 Non expiraverit,
 Habitumq; mentis innouat.
 Exhaurit omne quod iuuabat antea
 Castæ * uoluptatis uice,
 Totoq; nostra iure sibi domini vindicat
 Et corda, & ora, & tempora.
 Se cogitari, intelligi, credi, legi,
 Se uult timeri & diligi.

Aestus

Aestus inanes, quos mouet uita labor
 Præsentis æui tramute,
 Abolet futuræ cum deo uita fides.
 Quæ quas uidemur spernere,
 Non ut prophanas abicit aut uiles opes,
 Sed ut magis caras monet.
 Cælis reponi creditas Christo deo:
 Qui plura promisit datis,
 Contempta præsens uel mage deposita sibi
 Multo ut rependat sponore.
 Sine fraude iustus aucta creditoribus
 Bonus æra reddit debitor,
 Multaq; spretam largior pecuniam
 Restituet usura deus,
 Huic uacantem, uel studentem et deditum,
 In hoc reponentem omnia,
 Ne queso segnem, néue peruersum putes,
 Nec criminoris impium.
 Pietas abesse Christiano qui potest,
 Nanq; argumentum mutuum est
 Pietatis esse Christianum, et impij
 Non esse Christo subditum.
 Hanc cum tenere discimus, possum tibi
 Non exhibere, id est patri,
 * iura Cui cuncta sancta iure chara nomina
 Debere me uoluit deus?
 Tibi disciplinas, dignitatem, litteras,
 Lingue, et toge, et fame decus,
 * auctus Prorectus, *altus, institutus debeo
 Patrone, præceptor, pater.
 Sed cur remotus tandiu degam argus,

Pioq;

Pioq; motu irasceris.
 Conducit istud, aut neceſſe eſt, aut placet:
 Veniale quicquid horum erit,
 * Ignosce amanti, ſi geram quod expedit.
 Gratiae, ſi uiuam, ut libet.

*Ignosce, ac
mens ſi ger.

Ausonius Paulino suo S. EPIST. II

Quarta tibi hæc notos * direxit epiftola queſtus
 Pauline, et blando reſidem ferme laceſſit.
 Officium ſed nulla pium mihi pagina reddit,
 Fausta ſalutigeris adſcribens orſa libellis.
 Vnde iſtam meruit non felix charta repulſam,
 Spernit tam longo ceſſatio quam tua fastus
 Hostis ab hoſte tamen per barbara uerba ſalutem Ouid.
 Accipit, et ſalve medijs interuenit armis.
 Reſpondent et ſaxa homini, percuſſus ab antris
 Sermo redit, * reboat nemorum uocalis imago.
 Littorei clamant ſcopuli, dant murmura riui,
 * Somniferumq; canit ſepes depaſta ſuſurrum.
 Et et arundineis modulatio muſica ripis,
 * Atq; arguta ſuis loquitur coma pinea uentis,
 Incubuit folijs quoties leuis eurus acutis,
 Dindymaq; Ideo reſpondent cantica luco.
 Nil mutum natura dedit, non aeris ales,
 Quadrupedes silent: habet et ſua ſibila ſerpens,
 Et pecus equoreum tenui uice uocis anhelat.
 Cymbala dant flictu ſonitum, dant pulpita ſaltu
 * Tacta pedum, tentis reboant caua tympana tergis.
 Iſiacos agitant Mareotica ſiſtra tumultus:
 Nec Dodonei ceſſat tinnitus aheni,
 In numerum quoties radis ferientibus ita

Refp

*detexit

redit et

* Hybleis et

pibus ſapēs

depaſta ſuſur

rat.

* Cumq; ſuis

loquitur tre

mulū coma

pinea uentis,

* Gargarico

* Icta

Respondent dociles moderato uerbere peiues.
 Tu uelut Oebalijs habites taciturnus Amyclis.
 Aut tua Sigalion Aegyptius oscula signet.
 *Obnixum *Obnixus Pauline taces.*agnosce pudorem,
 *agnosco. Quod uitium fouet ipsa suum cestatio iugis.
 Dumq; pudet tacuisse diu, placet officiorum
 Non seruare uices, & amant longa otia culpan.
 Quis prohibet Salue atq; Vale breuitate parata
 Scribere felicesq; notas mandare libellis?
 Non ego longinquos ut texat pagina uersus
 *oneret Postulo, multipliciq; onerent sermone tabellas.
 Vna fuit tantum, qua respondere Lacones.
 Littera, & irato regi placuere negantes.
 Est etenim comis breuitas; sic fama renatur.
 Pythagoram docuisse refert, cum multa loquaces
 Ambiguis sererent uerbis, contra omnia solum
 Est, respondebat, uel Non. O certa loquendi
 Regula: nam breuius nihil est, nec plenius istis
 Que firmata probant, aut infirmata relidunt.
 Nemo silens placuit, multi breuitate loquendi.
 Verum ego quo fluite dudum spatiosa loquutus
 Prouehor? ut diuersa sibi uicinaq; culpa est,
 Multa loquens, & cuncta silens, non ambo placuisse
 Nec possum reticere, iugum quod libera nunquam
 Fert pietas, nec amat blandis postponere uerum.
 Vertisti Pauline tuos dulcissime mores.
 Vasconis hoc saltus, & ninguide Pyreneti
 Hospitia, & nostri facit hec obliuio celi.
 Imprecor ex merito quid non tibi Iberica tellus?
 Te populent Poeni, te perfidus Annibal urat,
 Te belli sedem repetat Sertorius exul.

Ergo

Ergo meum patrieq; decus, columnaq; senatus,
 Bibilis, aut haerens scopulis Calagorris habebit?
 Aut que deiectis iuga per scruposa ruinis
 Arida torrentem Sicorum despectat Ilerdas?
 Hic irabeam Pauline tuam, Latiamq; curulem
 Constituiss patriosq; istic sepelibis honores?
 Quis tamen ista tibi tam longa silentia suscit?
 Impius, ut nullos hic uocem uertat in usus,
 Gaudia non illum uegetent, non dulcia uatum
 Carmina, non blanda modulatio flexa quereles?
 Non fera, non illum pecudes, non mulceat ales,
 Non que pastorum nemoribus abditi lucis
 Solatu nostrar ECHO resecula querelas.
 Tristis, egens, deserta colat, tacitusq; pererret
 *Alpini conuexa iugi, ceu dicitur olim
 Mentis inops cetus hominum, & uestigia uitans
 Auia perlustrasse uagus loca Bellerophontes.
 Hec precor, hanc uocem Boeotia numina muse
 Accipite, & Latij uatem renocate camoenis.

Ausonius Paulino suo. S. EPIST. 13

Quarta redit duris h.ec iam messoribus aestas,
 Et toties cano bruma gelu riguit,
 Ex quo nulla tuo nubi littera uenit ab ore,
 Nulla tua uidi scripta notata manu:
 Ante salutifero felix cum charta libello
 Dona negata diu multiplicata darct.
 Trina etenim uario florebat epistola textu,
 Sed numerosa triplex pagina carmen erat.
 Dulcia multimodis quedam subamara querelis
 Anxia censuere miscuerat pietas.

Sed

*loquellas

*Alpinis con
nexa iugis

*quam

Sed mihi mite patris plusquam censoris acerbum
 *Sedit & è *Sederit, & blandis aspera penso animo.
 *retegenda Ista suo referenda loco tamen, & grauiore
 Vindicis heroi sunt agitanda sono.
 Inter ea leuior paucis precurrit iambus,
 Discreto referens mutua uerba pede.
 Nunc elegi saluere iubent, dictaq; salute
 Ut fecere alias orsa gradumq; silent.

Paulinus Ausonio. EPIST. 14

Continuata meæ durare silentia lingue
 Te nunquam tacito memoras, placitamq; latebris
 Desidiam exprobras, negle&teq; insuper addis
 Crimen amicitiae, formidatamq; iugalem
 Obijcis, & durum iacis in mea uiscera uersum.
 Parce precor lacerare tuum, nec amara paternis
 Admiscere uelis, ceu melli absinthia, uerbis.
 Cura mihi semper fuit, & manet, officijs te
 Omnibus excolere, affectu obseruare fideli.
 Non unquam tenui saltum tua gratia nemo
 Commaculata mihi est: ipso te ledere uultu
 Semper, & inculta timui uiolare figura.
 Cumq; tua accessi uenerans, mea cautius ora
 Composui, & letò formaui lumine frontem,
 Nequa uel à tacito contractam pectore nubem
 Duceret in sanctum suspicio falsa parentem.
 Hoc mea te domus exemplo coluitq; coletq;
 Inq; tuo tantus nobis consensus amore est,
 Quantus & in Christo connexa mente colendo.
 Quis tua quoq; tuis obduxit pectora liuor?
 Quo rumore pias facilis tibi fama per aures

Inrupit

Inrupit, pepulitq; animum, contraq; uetus tam
 Experta pietate fidem noua uulnra mouit,
 Lederet ut natis placidum maleuada parentem
 Sed mihi non ficte mens conscientia simplicitatis,
 Nec patris inculti pietas rea respuit omne
 Immeritum, & falso perstringi crimine non fert.
 Immunis merito grauius uiolatur iniquo.
 *Vulnere tam tenera offensæ, quā libera culpe. *Vulnere
 tam tetro
 Discussisse iugum quereris me, quo tibi doctis
 Iunctus eram studijs: hoc nec gestasse quidem me
 Assero. nang; pares subeunt iuga: nemo ualentis
 Copulat infirmis, neq; sunt concordia fræna,
 Si sit compulsi mensura iugalibus impar.
 Si uitulum tauro, uel equum committis onagro,
 Si confers fulicas cygnis, & aëdona parie,
 Caflaneis corylos æquas, uiburna cupressis,
 Me compone tibi: uix Tullius & Maro tecum
 Sustineant æquale iugum. Si iungar amore,
 Hoc tantum tibi me iactare audebo iugalem,
 Quo modicum socijs magno contendit habenis
 Dulcis amicitia aeterno mihi foedere tecum,
 Et paribus semper redamandi legibus æqua.
 Hoc nostra ceruice iugum non seuu resoluit
 Fabula, non terris absentia longa direnit,
 Nec perimet, toto licet abstrahit orbe, uel æuo,
 *Nunquam animo diuisis agam: prius ipsa recedet *Non
 Corpore uita meo, quā uester pectora uultus.
 Ego te per omne quod datum mortalibus
 Et destinatum seculum est,
 Claudente donec continebor corpore,
 Discernar orbe quolibet,

k

Nec

Nec orbe longum, nec remotum lumine.
 Tenebo fibris infitum.
 Videbo corde, mente complectar pia,
 Vbiq; presentem mihi:
 Et cum solitus corporali carcere,
 Terraq; prouoluero,
 Quo me locarit axe communis pater,
 Illic quoque te animo geram.
 Neque finis idem qui meo me corpore,
 Et amore laxabit tuo.
 Mens quippe lapsis que superstes artibus
 De stirpe durat cœlitis,
 Sensus neesse simul et affectus suos
 Teneat æquè ut uitam suam,
 Et ut mori sic obliuisci non capit,
 Perenne uiuax, et memor.

Paulinus AUFONIO. EPIST. 15

Defore me patrijs tota trieteride terris,
 Atque alium legisse uagis erroribus orbem,
 Culta prius uestræ oblitum confortia uite,
 *nota Increditas sanctis *mota pietate querelis.
 Amplexor patrio uenerandos pectore motus,
 Et mihi gratandas saluis affectibus iras.
 Sed redditum inde meum genitor te poscere mallem,
 Vnde dari posit. Reuocandum me tibi credam,
 Cum steriles fundas non ad diuina precatus,
 Castalidis supplex auerso numine misse
 Non his numinibus tibi me patriæq; reduces.
 Surdi uocas, et nulla rogas, leuis hoc feret aura
 Quod datur in nihilum sine nomine, nomina musas.

Irrita

Irrita uentose rapiunt hec* uota procelle,
 Que non missa deo uacuis in nubibus herent,
 Nec penetrant superi stellantem regis in aulam.
 Si tibi cura mei redditus, illum aspice et ora,
 Qui tonitru summi quatit ignea culmina celi,
 Qui trifido igne micat, nec inania mormura nescet,
 Quicq; satis celo soles largitur et imbræ:
 Qui super omne quod est, et in* omni totus ubique,
 Omnibus* infuso rebus regit omnia* Christo,
 *Quo mentes tenet atque mouet, *quo tempora nostra
 Et loca disponit. quod si contraria uotis
 Constituat nostris, prece deflectendus in illa est,
 Que uolumus. Quid me accusas? si displicet actus
 Quem gero agente deo, prius est*(si fas) reus auctor,
 Cui placet, aut formare meos, aut uertere sensus.
 Nam mea si reputes que pristina, que tibi nota,
 Sponte fatebor enim modo me non esse sub illo
 Tempore qui fuerim quo non peruersus habebar,
 Et peruersus eram, falsi caligine cernens,
 *Stulta dei sapiens, et mortis pabula uiuens.
 Quo magis ignosci mihi fas, quia promptius ex hoc
 Agnoscit datur a summo genitore nouari
 Quod non more meo geritur, non arbitror istis
 Confessus dicar mutata in praua notandum
 Errorem mentis, quoniam sim sponte professus,
 Me non mente mea uitam mutasse priorem.
 Mens noua me, fateor, cepit, mens non mea quondam
 Sed mea nunc auctore deo: qui si quid in actu
 Ingenioue meo sua dignum ad munia uidit,
 Gratia prima tibi, tibi gloria debita cedit,
 Cuius preceptis partum est, quod Christus amaret.

*uerba

*omnia

*infusus

*Christus

*qui

*est, fiat reus

* Stultus,
desi piens,

k 2 Quare

Quare gratandum magis est tibi, quam queritandum,
 Quod tuus ille tuis studijs & moribus ortus
 Paulinus, cui te non inficiare parentem,
 Nec modo cum credis peruersum, sic mea uerti.
 Consilia, ut sim promeritus Christi fore, dum sum
 Asonij, feret ille tuae sua premia laudi,
 Deinde tua primum tibi deferet arbore fructum.
 Vnde precor meliora putes, nec maxima perdas
 Premii detestando tuis bona fontibus orta.
 Non etenim mihi mens usq[ue]a, sed neq[ue] participantum
 Vita fugax hominum, Lycae quae scribis in antris
 Pegaseum uixisse equitem, licet auia multi
 Numine agente colant, clari uelut ante sophorum
 Pro studijs musicisq[ue] suis, ut nunc quoq[ue] castis
 *habitare frequent. Qui Christum sumpserere animis, *agitare frequentant:
 Non inopes animi, neque de feritate legentes
 Desertis habitare locis, sed in ardua uerfi
 Sydera, spectantesq[ue] deum, ueriq[ue] profunda
 Perspicere intenti, de uanis libera curis.
 Otia amant, strepitusq[ue] fori, rerumq[ue] tumultus,
 Cunctaq[ue] diuinis inimica negotia donis,
 Et Christi imperijs, & amore salutis abhorrent,
 Speq[ue], fideq[ue] deum sponsa mercede sequuntur.
 *ut mereat. Quam referet certus non desperantibus auctor,
 tur Secreti. Si modò non uincant uacuis presentia rebus,
 ignitus pene Quaeq[ue] uidet spernat, que non uidet *expetat ut mens,
 trahit cælestia Nanq[ue] caduca patent, nostris aeterna negantur
 sensus. Nan= Visibus, & nunc spe sequimur, quod mente uidemus.
 que &c. Spernentes uarias rerum spectacula formas,
 *h[ec] sedisse Et male corporeos bona sollicitantia uisus.
 illis senten. Attamen h[ec] illis seculis sententia uisa est.

Tota

Tota quibus iam lux patuit ueriq[ue], boniq[ue]
 Venturi eternum secli, & praesentis inane.
 At mihi non eadem cui gloria, cur eadem sit
 Fama? fides par est, sed amœna colent
 Nunc etiam, & blanda posito locupletis in acta
 Litteris, unde hæc iam tam festinata locorum
 Inuidia est: utinam iustus me carpere liuor
 Incipiat, Christi sub nomine probra placebunt.
 Non patitur tenerum mens numine firma pudorem,
 Et laus hic contempta reddit mihi iudice Christo.
 Ne me igitur uenerande parens his ut male uersum
 Increpites studijs, neq[ue] me uel coniuge carpas,
 Vel mentis uitio: non anxia Bellerophonis
 Mens est, nec Tanaquil mihi, sed Lucretia continx.
 Nec mihi nunc patrij est (ut uis) obliuio cæli,
 Qui summum suspecto deum, quem qui colit unum,
 Hic uere memor est cæli. crede ergo pater nos
 Nec cæli immemores, nec uiuere mentis egentes,
 Humanisq[ue] agitare locis: studia ipsa piorum
 Testantur mores hominum: nec enim impi, summum
 Gens poterit nouisse deum. Sint multa locorum,
 Multi hominum studijs inculta expertia legum:
 Que regio agresti ritu caret aut quid in istis
 Improbitas aliena nocet, quod tu mihi uastos
 Vasconie saltus, & ninguida Pyrenei
 Obijci hospitia in primo quasi limine fixus
 Hispanie regionis agam: nec sit locus usquam
 Rure uel urbe mihi, summum qua diues in orbem
 Usque patet mersos spectans Hispania soles.
 Sed fuerit fortuna iugis habita latronum,
 Non lare Barbarico rigui, mutatus in ipso

k 3

Inter

Inter quos habui socia feritate colonos.
 Non recipit mens pura malum, neq; leuibus harent
 Inspersae fibris maculae: sic Vascone saltu
^{*integer} Qui quis agit purus sceleris uitam inter iniquos,
^{æquo} Nulla ab inhumano morum contagia ducit
 Hospite. Sed mihi cur sit ab illo nomine crimen,
 Qui diuersa colo, ut colui, loca iuncta superbis
 Vrbibus, & letis hominum celeberrima cultis?
 Ac si Vasconicis mihi uita fuissest in oris,
 Cur non more meo potius formata ferinos
 Poneret in nostros migrans gens barbara ritus?
^{*Hibera} Nam quod in eucris habitacula ponis ^{*Iberis}
^{*legis} Vrbibus, & deserta tuo iacis oppida uersu,
 Montinamq; mibi Calagorrim, & Bilbilim acutis
 Pendentem scopulis, colleniq; iacentis Ilerda
 Exprobras, uelut his habitem laris exul & urbis
 Extra hominum tecta atque uias, an credis Iberae
 Has telluris opes Hispani nescius orbis?
 Quo grauis ille poli sub pondere constituit Atlas,
 Ultima nunc eius mons portio metaq; terre,
 Discludit bimarem celo qui uertice Calpen.
 Bilbilis huic tantum, Calagorri, Ilerda notatur:
 Cesarea est Augusta cui, cui Barcino amena,
 Et capite insigni despectans Tarraco pontum.
 Quid numerem egregias terris, & moenibus urbes,
 Quia geminum felix Hispania tendit in æquor:
 Quia Bethis Oceanum, Tyrrhenumq; auget Hiberus:
 Lataq; distantis pelagi diuortia complet
 Orbe suo finem ponens in limite mundi?
 An tibi mi domine illustris scribere sit mens
 Qua regione habites, placeat reticere nilentem

Burd

Burdigalam? & Piceos malis describere Boios? ^{omnq; is}
 Cumq; Marcialicis tua prodigis otia thermis, ^{q; omnes} I
 Inter & umbrosos donas tibi uiuere lucos, ^{omnq; s}
 Leta locis & mira colens habitacula tectis:
 Nigrantesne casas, & ^{*texta} tecta mapalia culmo, ^{al in aliis}
 Dignasq; pellitis habitas deserta Bigerris? ^{omnq; audiret}
 Quiq; superba tuæ contemni moenia Romæ ^{omnq; audiret}
 Consul, harenosas non deditgnare Vasatas, ^{omnq; dicit}
 Vel quia Pictonicis tibi fertile rus uiret aruis:
^{*Rara unum} Romanum Ausonias ^{omnq; pum} ^{in atrito}
 Conquerar, & trabeam ueteri sordescere phanos? ^{Ausonias heu}
 Que tunen Augusta Latialis in urbe Quirini ^{omnq; cu.}
 Cesareas inter parilli titulo palmatus ^{omnq; in aliis}
 Fulget^{*} nativo longe uenerabilis auro, ^{Cesareas}
 Florentem retinens meriti uiuaciis honorem.
 Aut cum Lucani retineris culmine fundi.
 Aeniula Romuleis habitans fastigia tectis,
 Materiam præbente loco qui proxima signat,
 In Conlatino diccris degere uicos?
 Multa iocis pateant, liceat quoq; ludere fictis,
 Sed lingua mulcente grauem interlidere dentem,
 Ludere blanditijs urentibus, & male dulces
 Fermentare iocos Satyre mordacis aceto,
 Sepe poctarum, nunquam decet esse parentum.
 Nanq; fides pietasq; petunt, ut quod mala nec tens
 Insinuat castis fama auribus, hoc bona noti ^{*uotii}
 Mens patris affigi, fixumq; herescere cordi
 Non finat, ut uulgus saeo rumore malignum.
 Ante habitos mores non semper flectere uitam
 Crimen habet: namque est laudi bene uertere, cum me
 Immutatum audis, studium officiumq; require.

k 4

Si

Si prauo rectum, si religiosa prophanis,
 Luxurie parcum, turpi mutatur honestum,
 Segnis, iuers, obscurus ago: miserere sodalis
 In mala peruersti, blandum licet ira parentem
 Excitet, ut lapsus rectis instauret anicum
 Moribus, et monitu reparet meliora se uero,
 At si forte id idem quod legi, et quod sequor audis,
 Corda pio uouisse deo, uenerabile Christi
 Imperium docili pro credulitate sequentem,
 Persuasumq; dei monitis, eterna parari
 Praemia mortali, damnis presentibus empta,
***id sano.** Non reor hoc sancto sic displicuisse parenti,
 Mentis ut errorem credit sic uiuere Christo.
 Ut Christus sanxit, iuuat hoc, nec poenitet huius
 Erroris, stultus diuersa sequentibus esse
 Nil moror, eterno mea dum sententia regi
 Sit sapiens, breue, quicquid homo est, ut corporis aegri,
 Temporis occidui, et sine Christo puluis et umbra.
 Quod probat aut dannat, tanti est, quanti arbiter ipse.
 Ipse obit, atque illi siuus est comitabilis error:
 Cumq; suo moriens sententia iudice transit.
 At nisi dum tempus presens datur, anxia nobis
 Cura sit ad Domini preceptum uiuere Christi,
 Sera erit exutis homini querimonia membris:
 Dum lenia humane metuit conuicia lingue,
 Non timuisse graues diuini iudicis iras:
 Quem patris eterni solio dextriq; sedentem,
 Omnibus impositum regem, et labentibus annis
 Venturum, ut cunctas aequato examine gentes
 Iudicet, et uarijs referat sua premia gestis,
 Credo equidem, et metuo, studio properante labora

Si qua datur, ne morte prius quam criminе soluar:
 Huius in aduentu trepidis mihi credula fibris
 Corda tremunt: gestiq; anima hec iam cauta futuri,
 Præmetuens, ne uincta aegris pro corpore curis,
 Ponderibusq; grauis rerum, si forte recluso
 Increpitet tuba uasta polo, non posset in auras
 Regis ad occursum leuibus se tollere pennis,
 Inter honora uolans sanctorum millia celo.
 Qui per inane leues, neq; mundi compede uinctos,
 Ardua in astra pedes facili molimine tollent,
 Et teneris uecti per sydera nubibus ibunt:
 Celestem ut medio uenerentur in aere regem,
 Claraq; adorato coniungant agmina Christo.
 Hic metus est labor iste, dies ne me ultimus atris
 Sopitum tenebris sterili deprendat in actu,
 Tempora sub uacuis ducentem perdita curis.
 Nam quid agam: lentis si dum commineo uotis,
 Christus ab ætherea mihi proditus arce coruscet,
 Et subitis Domini celo uenientis aperto
 Prestrictus radijs, obscura et tristia noctis
 Suffugia in lato confusis lumine queram?
 Quod mihi ne pareret uel diffidentia ueri,
 Vel presentis amor uite, rerumq; uoluptas,
 Curarumque labor, placuit preuertere casus
 Proposito, et curas finire superstite uita,
 Communiq; Deo uentura in secula rebus
 Expectare trucem securo pectore mortem,
 Si placet hoc, gratare tui spe diuite amici.
 Si contra est, Christo tantum me linque probari.

Ausonius Tetradio Salutem.

EPIST. 16

O qui uenustos uberi facundia
 Sales opimas Tetradi,
 Cauesq; ne sit tristis, & dulci carent
 Amara concinnatio:
 Qui selle carmen atq; melle temperans
 Torpere Musas non finis,
 Pariterq; fucas queq; gustu ignava sunt,
 Et que sapore tristia:
 Rudes camoenas qui susesse preuenis,
 Aeuoq; cedis non stilo:
 Cur me propinquum Santorum moenibus
 Declinas, ut Lucas boves
 Olim resumpto prefroces prelio
 Fugit iuuentus Romula?
 Non ut tygris te, non leonis impetu,
 Amore sed charo expeto.
 Videre alumni gestio uultus mei,
 Et indole optata frui.
 Inuitus olim deuorauit absentie
 Necesitatem pristinæ:
 Quondam docendi munere adstrictus grani
 Inculsa cum te absconderet,
 Et inuidebam deuio ac solo loco
 Opus camoenarum tegi.
 At nunc frequentes atq; claros nec procul
 Cum floreas inter uiros,
 Tibiq; nostras uentus auræ defratis
 Auresq; sermo uerberet,
 Cur me supino pectoris fastu tumens

Spernis

Spernis poëtam consulem:

Tuq; amantem, teq; mirantem, ac tua

Desyderantem carmina,

Oblitus alto negligis fastigio,

Plectendus exemplo tuo,

Ni stabilis aeo pectoris nostri fides

Quanquam recusantes amet?

Vale, ualere si uoles me, per uola

Cum scrinio, & musis tuis.

Ausonius Probo Præfecto pratorio S.

EPIST. 17

OBLATA per antiquarios mora scio promissi
 mei gratiam expectatione consumptam, Probe vir
 optime: in secundis tamen habeo non fecellisse. Apo-
 logos Titiani & Nepotis chronica quasi alias apolo-
 gos (nam & ipsa instar sunt fabularum) ad nobilita-
 tem tuam mihi gaudens, atque etiæ glorians fore ali-
 quid, quod ad institutionem tuorum sedulitatis meæ
 studio conferatur. Libello tamen apologorum ante-
 tali paucos Epodos studio in te obseruantæ meæ im-
 pudentissimos, paucos quidem ut ego loquax iudico:
 verum tu cum legeris, etiam nimiū multos putabis.
 Adiuro beniuolentiam tuam verecundiæ meæ testē,
 eos mihi subita persuasione fluxisse. Nā quis hoc diu
 cogitat? Quod sane ipsi per se probabunt. Fors fuat,
 vt si mihi vita suppetet, aliquid rerum tuarum quan-
 uis * incultum expoliam. Quod tu etsi lectū non pro-
 bes, scriptum boni consules. Cumq; ego imitatus sum
 vesaniam Chœrili, tu ignoscas magnanimitate Ale-
 xandri. Hi igitur, vt Plautus ait, interim erunt Antilo-
 gium fabularum garruli & deceptores. Qui componi-
 fici ad honorificentia obsequium ad aurum conui-
 cium concurrerunt. Vale, & me dilige.

Ad

Ad librum, ut eat ad Probum.
Dimetrum Iambicum.

Perge ô Libelle Sirmium,
Et dic hero meo ac tuo
Aue, atq; salve plurimum.
Quis iste sit nobis herus,
Nescis libelle? an cum scias,
Libenter audis quod iuuat?
Possem absolute dicere,
Sed dulciss circumloquar,
Diuq; fundo perfruar.
Hunc dico, qui lingua potens,
Minorem Atridam præterit
Orando pauca & musica:
Qui grandines Vlyssi, &
Mellifluentem Nestora,
Concinnatorem & Tullium:
Qui solus, exceptis tribus
Heris, herorum primus est,
Prætorioq; maximus.
Dico hunc senatus presulē,
Prefectum eundem, & consulem.
(Nam consul æternum cluet.)
Collegam Augusti consulis,
Columnen curulis Romule,
Primum in secundis fascibus.
Nam primus è cunctis erit
Consul secundus principi.
Generi hic superstes aureo,
Satorq; prolis aurea
Conuicit Ascreum senem.

ha

Qui

Qui seculum omne ferreum,
Qui uincit æui iniuriam,
Stirpis nouator Anniae,
Paribusq; comit insulæ
Annitorum stemmata.
Probum loquor, scis optimè,
Quem nemo fando dixerit,
Qui non prius laudauerit.
Perge ô Libelle, & utere
Felicitate intermina.
Quin & require, si finet
Tenore fari obnoxio.
Age uera proles Romuli,
Effare causam nominis,
Vtrumne mores hoc tui
Nomen dedere? an nomen hoc
Secuta morum regula?
An ille uenturi sciens
Mundi supremus arbiter,
Qualem creauit moribus
Iussit uocari nomine?
Nomen datum preconis
Viteq; testimonio.
Libelle felix, quem finu
Vir tantus euoluet suo,
Nec occupari tempora
Grato queretur otio:
Quem mille cum uocis modis,
Leni aut susurro impertiet,
Cuiq; uigiles lumen
Vacare dignabunt coræ:

Quem

Quem mente & aure conscijs
 Quibusdam omisjs pelleget.
 Quaecunq; fortuna est tibi,
 Perge o Libelle, & utere
 Felicitate intermina.
 Dic me ualere & uiuere:
 Dic uiuere ex uoto pio
 Sanctis precantem uocibus,
 Ut quem Curulis proxima
 Collegio nati dedit,
 Hunc rursus Augustus prior
 Suis perennet fascibus.
 Subiecte & illud leniter,
 Apologos en misit tibi
 Ab usq; Rheni limite
 Aufonijs nomen Italum
 Preceptor Augusti tui.
 Aesopiam trimetriam,
 Quam uerit exili stilo
 Pedester concinnans opus
 Fandi Titianus artifex,
 Ut hic aui ac patris decus
 Mixto resulgens sanguine
 Probiano atq; Anitio:
 Ut quondam in Alba incenibus
 Supremus Aeneasatus
 Syluios Iulij misuit:
 Sic iste qui natus tuus
 Flos flosculorum Romuli
 Nutricis inter lemmata
 * Lallijs * Lilijs somniferos modos

tre. f.

Suecat peritis fabulis
 Simul iocari & * ludere.
 Et adde uotum, quod pio
 Concepimus rei deo.
 Ut genitor Augustus dedit
 Collegio nati Probum,
 Sic Gratianus hunc nouum
 Stirpi futurae copulet.
 Rata sunt futura qua loquor:
 Sic merita sic fatum iubet.
 Sed iam ut loquatur Iulius,
 Fandi modum inuita, accipe
 Volucripes dimetria,
 Aueq; dicto, dic uale.

Αυστριος Παύλω.
 Ελλαδικης μετέχων μεσον, Λατιεq; canone, Αξιος Αυστριος sermone alludo bilingui.
 Musæ quid facimus? τι κενάσον ἐπίστοιν αὐτως frustra
 Ludimus αφραδίουν ἐν πηματε γράφοντες σελτίτια in diis σερεσ
 Σανγκροις κάρποντι, όποις ιριός * εἰν, frigus. Do si solo sic Au,
 Erramus gelido προμεροι, rigidος; poētae, soni, qui apud SATONES,
 Πιερίδων περεπολοχαμων δεράσσοντες inertes. predūt Sababat. νιν
 Πάντα δέχεται πάγετος τε πεδυμ, ιριός οδόντων. Scoria viniti in Epis.
 Θαλπωρί quia nulla σέλει χιονώδει χώρη: Frigori dites
 Et duplicant frigus πυχρά carmina μητιόωντες. q̄s dicit, qui s̄p̄i,
 Αρχέμενος δέ απα μήνες εών, μηνιν πέριθε δεα, ut, et οὐ διτιον
 Primitias Παύλω ποστρα πέμπω μελοεσθες, βανονας, ita v.c.
 Μηνιοστης ιριό επιπούρα * πολυκλη τινα τέκνα πινοντας πολυκινδέα
 Επινεια υερβοσε ιριόσφαροι τε πυέλλε
 Ενδα τε μοι ποσθ * επικουρωδέα μολπτην
 νετας virginatis citu. Fort * πολύ

Latina in forma Greca sic doflexa videtur:
 Cuiusmodi sit, capi, vincu, bonu, foru, ludu

*Frontib? *Fortibus ὑμετέρας φύλακον πρεστε libellum
Τματαρ * Σίχου
Παιώλω ἐφαρμόζετε μεμηγμένον * ωδή,
Οὐ γάρ μοι θέμις εἰν in hac regione μένοντε
Αἴξιον ab nostris ἐπιστολένεας εἶναι καμίνας. 2. 44
illē Κεῖνος ἐμοὶ πάντων μέτοχος; qui feria nostra
aīgenā Qui ioca παυτοδεστή ποιεῖ tractare σαλαῖστρη,
Καὶ νῦν sepositus μοισχῶ ἐν rure ψρέβεντων, Εὐθύνου
Ασαύλῳ εἰς χώρων habet Συμπλάγεα * λέγεται. 2. 17
Οὐτε φίλοις ἐπέροις, nec mensæ accommodis illi,
Οπτια θεξινοῖς * * μέμφοι μέστες. ita v. c.
Iam satis ὡ φίλε Παιώλεσπόντρι αποτελεῖνται πόνον
* ingratia E'ν τε φορα, σημειώνεται ingratia in διάρετος καθεδερού
* niss tēpēs Ρήτορονος λοιδ οιος, η επίστροτος εδεινονεαρ, πειλτού
* iuniorū Aλλ' ιδην κείνος, μηδέπας * iuniorū id πας ιντελιστού
* η εχει μετριού Επικέχυται μισθέων τρομερό λαβεθ βλεψιμα σεκτού
Και μινος in sumptum διστονας leuis arca ministrat.
* ε γαρ * Ουτερέ έχει απάλλαμνος ανηρ,
νη ετ λετη Κλεινίος οὐθ' ο γέρων, K.
Clinica se Aequanimum signa fueris, εσ πρώτη μελωδεῖν
Auson. Malueris, λίθῳ τοσου εστετ, ιδε τετρινού.
Sic scribitο Κείνο δε φωναλλειον, ut omnibus undiqs muis
alies λετο, ή Σὺν φιληδέ τε καὶ οὐδὲ ποσον των μουσιον Musarion,
decubari, η προτριπτον τετραπλασιανον
Ουμις απιχθέμενα solitaria blinda requiras.
Hic erit ερ fructus διμιτερος αγλασκάρως;
εδλαρε Ειδε συχναρε οι πολυχενδε εσ puplica, ενθα
* Σέλος Κεραν εικε Τέλης νέκταρ οὐνιονο βόνοτο. vini boni, videlicet
γιλιθα η Ambo igitur nostre παραλλάξ ομεν otia mitte, scribitο ποτα
t gominata Dum res ετας sororum η et
ida, que broun θητα πορφυρεω πλεκτας. * Vnūtq, ego dicitur
ειχει, νεροι
εχεισομεν νερονι
dig. α παραλεγειν
τηναγιαν ετ τηνιαν
νητην επειται,

Aretalogi, sonis garruli, qui incudeat auribus auditorum placuisse
logos, et narraret ueritas Crispini illi floritiam, quae ob id Aretalogi
dictu[m] servabat. V. Canticum. 30. Hoc est. ¹⁶¹
Autōn[ο]ς Πλάτων. EPIST. 19. ἀρέταλογος ἡ δε ποιητης,
Πρωμαχούσταλος, ἀρέταλόγων δὲ ποιητης ^{2. Aretalogi} et Protagoras
Αυτόνοις Παιώνιοι ποιητης φίλος ιδέειν. ut ἀρέταλογος ὑπάλογος ἀρη-
Ad eundem Paulum. EPIST. 20. ^{*Πρωμαχον} ἡ δε ποιητης. τα λόγων ὃ
Aequoream liqui te propter amice Garumnam. riferunt,
Te propter campos incolo Santonicos.
Congressus igitur nostros pete, si tibi cura
Quæ mibi, confpectu iam potiere meo.
Sed tantum appropera, quantum potere, corpore et aeo
Vi saluum uideam, sat cito te uideo.
Si post infastas uigor integratus habens,
Et redijt membris iam sua mobilitas:
Si riguam letis recolis Pimpleida musis
Iam uates, et non flagrifer αὐλομέδων:
Pelle soporiferi senium nubemq[ue] ueterni,
Atq[ue] alacri median carpe uigore uiam.
Sed cismus, aut pigrum cautus conserende uerendum,
Non tibi sit rhedæ, non amor acri's equi.
Canteri moneo male nota petorita uites:
Nec celeres mulas ipse Metiscus agas.
Sic tibi sint muse facilis, meditatio prompta
Et memor, et liquidi mel fluat eloquij.
Sic qui uenialis tam longa etate Crebennus
Non habet emptorem, sit tibi pro pretio.
Attamen ut citius uenias, leuiusq[ue] uehare,
Historiam, nimos, carmina linque domi.
Grande onus in musis, tot secula condita chartis,
Quæ sua uix tolerant tempora, nostra grauant.
Nobiscum inuenies επέων τολυμορφά πλαντύν, ¹⁶¹
Γραμματικῶν τε πλαντάς καὶ λογοδαχδαῖν, ^{artificiū} v. d. 13
inflatissimis, 2. ¹⁶¹ Δακτ. πορεγνιν,

2. *Alba dictylica*, que fuit certat dictylos, ut apud Egn. Africa
tribus, tunc 1625000 da. A V S O N I I. vide Victoriae
terram tunefusam. Δέσμουλον πρώτην, Επιστολάριον χρεωμένον τον τραγικόν
χ' αὐδοπολούν / Σὺν θαλίῃ τε χόρῳ σύριγχῳ τερψιγόν. comedunt
Vinet quod multo πλειόν τε πινακού, ποιητούς αφοίσθεντος τοπισμού
Οὐρανίῳ multo προδημῷ ποιητούς εποίον ἐνεπινούν τραγαδίας ab
carmina Lyrici Εἰλιτοῦν σπάσονται οι σπάσονται τερψιπορούν turbutus hab
scriptarunt / Οντα δενδυδίς, ἔντα προδότην
Πριοστὴν θαυμασάσ προσῆκειν οὐδὲ | Melpomenei
μαλ' αἴδε γε μη, Πάντα μάλα τέλοις, & πλέον τοῖς τέλοις sic Adiūt
imō si nolis Hoc tibi de nostris αταράντον offero libris. tota vocat ep
ανατέλαις. labant, ξεψι, οὐδὲ Vale, uale si uoles me, iam ueni. istab Mart. que vi
Ecceps Soc. tigoris Gratianus. Aulonius Theoni suo S. Iosephi νοτιούνιco occurr
Cesaris, et sic no quiescere populo. Aulonius, cuius ferulam nunc sceptri uerentur, Burdigalae
et obscurus Paganum e Medulio iubeo saluere Theonem. Oceanus & Gany
R. abest a V.C. Quid geris extremis positus telluris in oris Medouk hodie tr
Metulii ad Occ. Cultor arunarum uates? cui littus arundineum Remingtoni
anu sit, qui al Oceani finem iuxta, solempniter cadentein: ubi Script. Lett. et
Occidet terra de Villis arundinis cohobet quem per gula testis, maris vicina, et
finis et terminus. Et tingit piceo lachrymosa Colonica sumo. terra se rite
Nudat arundineum Quid rerum nusquam gerunt et canor Apollo's willi ostendit
estuarie pridemque gerunt et canor Apollo's willi ostendit
Medulorum, de qua Muse non Helicone satis, nec fonte Caballus, Funnus ledit oca
solot * secundo Sed que facundo de pectore Clementini los, et sine lacrym
paupes soli faciunt, spuma et luteo docet apes, pieus mortuus in
casulis, quis sic inspirat uacuos dilecta mente poetas. Lusius, Medouk, Ennis
Pezzinus apparet Iure quidem nam quis malit sua carmina dicit, quo ut Boymus
Clementius sic Qui te securum possit proscindere risus, cofinis abundat arboreis
boni Poeta fuit. Hec quoque ne nostrum possint urgere pudorem, que pietas uirib
cuius carmine Tu recita, et uere poterunt tua dicta uideri. edat, que uide.
quod T. Boni Poeta. Quam tamen exercet Medulorum in littore uitam? Colonica res
semidicta attri. Mercatus ne agitas, leuiore numismate captans. Villa sign. agrestis
busset sibi. Insans quod mox pretijs grauis auctio uenit. latioris loci, non
Aliena mēt, Albertis seu globulos, et pinguis cara domiciliae. Bude
cogitationis et Albertis seu globulos, et pinguis cara domiciliae. Bude
pelaris aliorum iudicis. No tanta serui copia est apud Medule. Pond
ut Clemens et multa et aliorum iudicis et palustribus si alii, ea non sibi
I sed Burdigalensis aliisque vicinis, et etiam aliis.

*[In Burdigalensis] Alijusq[ue] vicinus est ibi sit.
Hec quoq[ue] no[n] oritur i[n] H[ab]ec ista, quod ad te modo accurate ex aula
et casulis Valentiniani Augusti scribo; ne mihi pudori sint, ut me
indigna Poëtis celebris, et Augustorum magistro, et ipse (O[cto]ber)
recusat et no[n] puer, sed tua statim q[uo]d garbar et tuas discuties
vidari poterat; Mart. Quo recitatioq[ue] mea est o Tiducine, lib. 97,
sed nunc in recitatio[n]e, script. 134 tunc.*

Nro Navacia, sed Medicina Bojanus p̄ea, Varg. Narvacia p̄ea lucos
est vero Nápoz, Narvaz, Narvaz, auctore Steph. vrbis Leocravii
EPISTO AE. Teda, Iesu arboris re,

Digitized by srujanika@gmail.com

Pondera, Narviamq; picem, scissamq; papyrum, snt forstis.
Fumantcsq; oildum Paximia lumina tedar;

An maiora gerens tota regione uagantes

*Persequeris fures? qui te, postrema timentes, suis codignis
In patrem tu ad meus uocantur missas esse.*

In partem prædumq; uocant; tu mutis & ojor
participes.

Sanguinis humani condonat criminis nummisq; q; bodes abigerit, Abigeris
Erroneis vocis pretiumq; imponeat. *Abigeris*

Et erroris tuas, pretium tuum abactus
et in partem scelerum de iudice transisti. Ergo apud suos, hoc est,

An cum fratre yagos dumeta per auia ceruos
Modulos Magistratu goſt
Thdon

Circundas maculis, et multa indagine pinne. *Hinc Col. Rod. li. 10. ca. n.*

*Aut fumantis apri cursus clamoribus urges, plus cervos rubro pene
Subsidia fero? Moneo tamen usq; recutes aspectu terroris.*

Stringere fulmineo uenabula communis hosti.

Exemplum de fratre time, qui ueste reducta vincit. Vincit malo,

*Ostentat foedas prope turpia membra lacunis,
Perfossa et rara virgine pedice nudit.*

¹⁵ Perfossasq; nates uicino podice nudat.
¹⁶ Inde ostentator uolitat, mirentur ut ipsum

Gedippa Vr̄sinusq; suus, prolesq; iouim, ȳpularis vrt.

~~Qualis in Olenio vixit Calydonius apro, & rancor
Aut Erymantho tubae fuit Attica monstro.~~

Sed tu parce stris uenatibus, et fuge nota
*tego, que agere illa tam
ne debet.*

Crimina syluarum, ne sis Cinarcia proles, Vide Epitomę glacie.

Ironica Acced. sc̄q; iterum Veneri plorandus Adonis,
Sic certe crinem fluius, nivensq; licentos.

*Sic certe crimen Iauis, niteusq; lacerios,
Cesariem rutilam per candida colla refundis:*

Pectore sic tenero, plana sic iunceus aluo, *Cotra erat obij ~m Thoy*
ut frx liqueat.

Per teretes *femorum gyros, surasq; nitentes *feminum

Quod in populi toro in Actia.

Quas floriconia quoniam populato in Actina.
Virginea inter choreas Deoda raptam *Anas. Corvus, ut patrum*

1 ALICAS 2 Awis filia Cariss
Suff Prospina

Dumnottini. Est apud Medulos, paullo super Blavum, in ipso
fere Garvensis ripa, parvus vicus. Donec 164 AVSONIUS: usq; fortissimis locis.

Sustulit emersus stygijs fornacibus Orcus. Poete & Sconis su-

An quia uenatus ob tanta pericula uitias,

Piscandi traheris studio: nam tota supellex tales opes et instrumenta

*Dumnottini *Dumnottini tales solita est ostendere gaudiis,

2. retia, in quibus Nodosas uestes animantium nereinorum, at Norinoru, 2.

nodi sunt in membris, rabilis et maculosa. Et iacula, et fundas, et nomina bellicani, bisca marinarum, ante Norine gal-

Collaq, et infusos terrenis uermibus hamos. tunc dicitur, utq;

Atq; aliq; latum His opibus confuse tumescat domus omnis abundat p. bellicanis,

fatu in Norbe. Littoreis diues spolijs referuntur ab unda Villica linsi, tunc

ambo Alta petrae Carrhoco, letalisq; trygon, mollesq; plateasse, tuta curva,

pelagoz, alius Carrhoco, letalisq; trygon, mollesq; plateasse, tuta curva,

magis elegatri, Vrentes thymni, et male tecti spina elegati, posita,

hunc alias ligari Nec duraturi post bina triboria corui. Autem sic Theonius,

V. C. carnavas, Tres primi deinde Mnemosynes natus aut tris aut octo sorores? ut que poteris,

nōdūt Musae. Et quoniam hoc uentum, si uis agnoscere quid sit

Tours et Melom. Inter doctrinam, deridendasq; carnavas:

Accipe congregas mysteria friuola nugas, cognoscere libris.

Quas tamen explicitis nequeas reprehendere chartis: Anticyramq; bibas Samij Lucumonis acumen.

pef. 15 tuu, scilicet Aut ad huius interpres tuus,

et tuu tuo, rei Aenigmatum qui cognitor

scribas. Vide quod Fuit meorum, cum tibi facias. Post

rebus Notas Cadmi nigellas filias, Sic Cadmi filiolas atricolores, post q.

ad Postscriptum, 2. liturgia atramenta pilas, quis Cas- id dicti, quod loca ad

Mellonis albam paginam, in Psanthe in Grece Italibz

Post. et Serv. Notasq; furue sepias, tunc primo et aliis.

N. S. Melom. Cnidiosq; nodos prodiit: quod pisces atramenta & pigmenta

qui dicta sunt. Nunq; ad huius et certe modo potest. Bubo ut sepias & atramento

postscriptum. N. S. Melom. Praeful creatus litteris, Cnidios nodos, arendinos et cal-

*protinus Enucleabit *promptius, mos, quod multis locis scribit,

Militibz in castris Quod militantes scribimus. non autem pugnare, Probatibz mos

litione in castris. Notos fingo tibi poeta uersus, quod calmos in Crido nati-

no subpetit otium tradit. P. Nodos vero dixit ad cogitandum,

V. C. Praeful creatus litteris, Cnidios nodos, arendinos et cal-

Militibz in castris. Notos fingo tibi poeta uersus, quod calmos in Crido nati-

no subpetit otium tradit. P. Nodos vero dixit ad cogitandum,

Anguis mangi charta, nodosq; venit arundo.

EPISTOLE.

165

Quos scis hendecasyllabos vocari,

Sed nescis modulis tribus moueri.

Istos compositi Phaleucus olim,

Qui penthemimerim habent priorem:

Sunt quos hexametri creant reuulsi: q; & Hexametris truncatis et

corruptis facti, ut. At regina am- ceteris

Vt penthemimeris prior locetur: sicut cura ut facti tetrametru

Tum quod bucolice tomē reliquit. catalecticis

Sunt et quos generat puella Sappho, primus

Quos *primo regit Hippius secundus,

Vt claudat Choriambon Antibacchus. st. Badi optio /

Sed iam non poteris Theo doceri, potes, o Stolo, quo non sto

Nec fas est mihi regio magistro gratianus Augusti / iste et studiu

Plebeiam numeros docere pulpant. Genua, plebeia significans yutat

Verum protinus ede quod requiro. carnalibus et pinguis

Nil quero, nisi quod libris tenetur,

Et quod non opice tegunt papyri.

Quas si solueris o Poeta nugas,

Toftam trado tibi simul Vacunam, et oficio preest,

Nec iam post metues ubiq; dictum,

Hic est ille Theon poeta falsus Tunc in p. ad seruositatem Clemetini

Bonorum mala carminum lauerna. post presatis aliis tabernas,

quod Cervus,

Symmachus Ausonio. EPIST. 22

M E R V M mihi gaudium eruditio[n]is tuu scripta

tribuerunt, quæ Capuæ locatus accepi. Erat quippe in

his oblita Tulliano inelle festiuitas, & sermonis mei

non tam vera quam blanda laudatio. Quid igitur ma-

gis mirer, sententiæ incertus addubito, ornamenta oris

an pectoris tui. Quippe ita facundiæ antestas cæteris,

* facunda vt sit formido rescribere: ita benigne nostra compro-

mias est

vt libeat non tacere. Si plura de te prædiceam, vi-

scriptorum debor mutuum scabere, & magis imitator tui esse al-

tuorum, vt

13 loq

loquii, quām probator: simul quōd ipse nihil ostendit gratia facis, vērendum est genuina in te bona tanquam affectata laudare. Vnum hoc tamē à nobis indubitate veritate cognoscere: neminem esse mortaliū quem prae te diligam, sic vadatum me honorabili amore tenuisti. Sed in eo mihi verecundus nimio plus videre, quōd libelli tui arguis proditorem: nam facilius est ardentes fauillas ore coimprimere, quām luculentī operis seruare secretū, cum semel à te profectum cōrūnū est, ius omne posuisti: oratio publicata libera est. An vereris æmuli venena lectoris, ne libellus tuus ad morsum duri dentis vratur? Tibi vni ad hoc locorum nihil gratia p̄st̄tit, aut dempsit inuidia: ingratisimo cuiq; proboq; laudabilis es. Proinde cassas de hinc seclude formidines & indulge stilo, vt sāpe prodaris. Certe aliquod didascalicum seu protrepticon adiudica. nostro quoque nomini cōrūnū adiudicans, *fac periculum silētū mei: quōd et si tibi exhibere opto, tamen *emittendi spondere non audeo: noui ego quāe sit prurigo *enuntiandi operis, quod probaris. Nam quodam pacto societatē laudis affectat, qui aliena bene dicta primus enūiat. Ea propter in comedii summatim quidein gloriam scriptores talerunt, Roscio tamen atq; Ambiuio cæterisq; actoribus fama non defuit. Ergo tali negotio expende otium tuum, & nouis voluminibus ieiunia nostra sustenta. Quōd si iactantiae fugax garrulū indicem pertimescis, presta etiam tu silentium mihi, vt tuto similem nostra esse quāe scriperis. Vale,

Ausonius Symmacho. EPIS T. 23

Modo intelligo, quām mellea res sit oratio, quām delenifica & quām suada facundia. Persuasisti mihi quōd epistola mea apud Capuam tibi redditā *humana concinnatio inhumana non esset. Sed hoc nō diutius quām

quām dum epistolam tuam legi, quāe me blanditiis inhiantem tuis, velut succo nectaris delibuta ducit. Vbi enim chartulā pono, & me ipsum interrogō, tum absinthium meum respicio, & circunlita melle tuo pocula deprehendo. Si vero, id quod sāpe facio, ad epistolam tuam redii, rursus inilior, & rursum ille suauissimus, ille floridus tui sermonis *affatus deposita *adflatus lectio vanescit, & testimonii pondus prohibet inesse dulcedini. Hoc me velut aérius bracteæ fucus aut pieta nebula non longius quām dum videtur oblectat, Chamæleontis bestiolæ vice, quāe de subiectis sumit colorem. Aliud sentio ex epistola tua, aliud ex conscientia mea: & tu me audes facundissimorum hominum laude dignari? tu inquam mihi ista, qui te ultra emendationem omnium protulisti, quisquām ne itanitet, vt cōparatus tibi nō sordeat? Quis ita ad Aesopī venustatē, quis ad sophisticas Isocratis conclusiones, quis ad enthymemata Demosthenis, aut opulētiā Tulianam, aut proprietatē nostri Maronis accedat? Quis ita affectet singula, vt tu impleas omnia? quid enim aliud es, quām ex omni bonarum artium ingenio collēcta perfectio? Hæc domine mi fili Symmache non vereor, ne in te blandius dicta videātur esse quām verius: & expertus es fidem meā mentis atq; dictorum, dum in comitatu degimus ambo æuo dispari, vbi tu veteris militiae præmia tyro meruisti, ego tyrociniū iam veteranus exercui. In comitatu tibi vetus fui, nēdum me peregre existimes composita fabulari. In comitatu inquam, qui frontes hominum aperit, mentes *tegit. Ibi me & parentē & amicum, & si quid vtroq; charius est, chariorem fuisse sensisti. Sed abeamus ab his, ne istęc cōmemoratio ad illam Sosiæ formidinem videatur accedere. Illud quoq; quod pene præterii, *quāta affectatione addidisti, vt ad te didascalicū ali-

quod opusculum , aut sermonem protrepticum mit-
terem? ego te docebo docendus adhuc, si essem id æta-
tis, vt discerem? aut ego te vegetum atq; alacré com-
monebo ? eadem opera & musas hortabor vt canant,
& maria vt effluant, & auras vt vigeant, & ignes vt
* & caleant admonebo: *aut si quid iuuitis quoque nobis
natura fit, superfluus instigator agitabo. Sat est vnius
erroris , quod aliquid meorum me poenitente vulga-
tum est , quod bona fortuna in manus amicorum in-
cidit. Nam si contra id eueniisset , nec tu mihi persua-
deres, placere me posse. Hæc ad literas tuas responsa
sint : cætera quæ noscere habes , compendio faciam:
sic quoque iam longa est epistola. Iulianum familia-
rem domus nostræ , si quid tamen de nobis percon-
tandum arbitraris , allego : simul admoneo , vt cum
causam aduentus eius agnoueris, iuuies studium quod
ex parte fouisti. Vale.

Symmachus Aufonio. EPIST. 24

E T si plerunque vera est apud parentes prædica-
tio filiorum , nescio quo tamen pacto detrimentum
meriti sui patitur, dum personarum spectare gratiam
iudicatur. Quæro igitur incertus animi , quæ mihi
nunc potissimum super viro honorabili Thalasio ge-
nero tuo verba sumenda sint? Si parcè decora morum
eius attingam, liuenti similis exsultimabor: si iustè per-
sequar, ero proximus blandienti. Imitabor igitur Sal-
lustiani testimonii castigationem. Habis virum

dignum te, & per te familia consulari, quem
fortuna honoris parti maiorem bene-
ficiis suis reperit: emendatio
animi & sanctitas ho-
noribus iam
parauit.
Vale.



Aufonii ad Gratianum Impe-

R A T O R E M D I S C L

P V L V M,

Gratiarum actio pro consulatu.

A g o tibi gratias Imperator Auguste : si possem,
etiam referrem. Sed nec tua fortuna defuderat remu-
nerandi vicem, nec nostra suggerit restituendi facul-
tatem. Priuatorum ista copia est inter se esse munifi-
cos: tua beneficia vt maiestate præcellunt, ita mutuū
non reposcent. Quod solum igitur nostræ opis est, gra-
tias ago: verū ita, vt apud Deum fieri amat, sentien-
do copiosius, quam loquendo. Atque non in sacrario
modo imperialis oraculi, qui locus horrore tranquil-
lo & pauore venerabili raro eundem animum prestat
& vultum: sed usqueaque gratias ago, tum tacens,
tum loquens, tum in coetu hominum, tum ipse mecum:
& cum voce patui, & cum meditatione fecessi : omni
loco, actu, habitu, & tempore. Nec mirum, si ego ter-
minum non statuo tam grata profitendi, cum tu fine
facere nescias honorādi. Quis enim locus est, aut dies,
qui non me huius aut similis gratulationis admoneat?
Admoneat autem? O inertiam significationis ignauę.
Quis inquam locus est, qui non beneficiis tuis agitet,
inflammaret? Nullus inquam Imperator Auguste, quin
admirandam speciem tuæ venerationis incutiat. Non
palatium , quod tu cum terrible acceperis , amabile
præstitisti. Non forum, & basilica olim negotiis ple-
na, nunc votis, votisq; pro tua salute suscepisti. Nam
de sua, cui non te imperante securitas? Non curia ho-
norificis modò lata decretis, olim sollicitis moesta

15 quer

querimoniis. Non publicum, in quo occursus gaudientium plurimorum neminem patitur solum gratulari. Non domus commune secretum. Lectus ipse ad quietem datus, beneficiorum tuorum reputatione tranquillior. Somnus abolitor omnium, imagines tuas afferit. Ipsa autem sedes honoris Sella curulis, gloria pompis imperialis officii, in cuius me fastigio ex qua mediocritate posuisti, quoties à me cogitatur, vincor magnitudine, & redigor ad silentium, nō ingratus beneficiis, sed oppressus. Ades enim locis omnibus. Nec iam mirarum licentiam poëtarum, qui omnia Deo plena dixerunt. Spem superas, cupienda præuenis, vota precurris, quæq; animi nostri celeritas Diuū instar affectat, beneficiis præeuntibus anteceditur. Præstare tibi est quām nobis optare velocius. Ago igitur gratias optime Imperator. Ac si quis hunc sermonem meum iisdem verbis tam sepe repetitum in opere loquentis assignat, experietur hoc idem prosequi: sed nihil poterit proferre facundius. Aguntur enim gratiae non propter maiestatis ambitum, nec sine argumentis. Imperatori fortissimo: testis est vno pacatus anno, & Danubii limes & Rheni. Liberalissimo: ostentat hoc diues exercitus. Indulgentissimo: docet securitas erroris humani. Consultissimo: probat hoc tali Principe orientis ordinatus. Piissimo: huius verò laudis locupletissimum testimonium est pater diuinis honoribus censoratus, instar filii ad imperium frater ascitus, à contumelia belli patruus vindicatus, ad præfecturæ collegium filius cum patre coniunctus, ad consulatum præceptor electus. Possum ire per omnes appellaciones tuas, quas olim virtus dedit, quas proxime fortuna cœcesit, quas adhuc indulgentia diuina meditatatur. Voca Germanicum deditione gentilium, Alemanicū traductione captorum, vincendo & ignoscendo Sar-

matic

maticum. Connecterem omnia merita virtutis, & cognomina felicitatis: sed alia est ista materia, & suo parata secreto, cùm placuerit signanter, & breuiter omnia quæ nouimus indicare, nec persequi, vt qui terrarum orbem vnius tabulae ambitu circumscribunt aliquanto detimento magnitudinis, nullo dispendio veritatis. Nunc autem, quod diei huius propriū, de Consulatu gratias agam: sed procurrunt & aliae dignitates, atque in vocem gratulationis erumpūt, ac se prius debere profitentur. Tot gradus nomine comitis propter tua incrementa congesti ex tuo merito: te ac patre principibus quæstura communis, & tui^{*} tantū præfectura beneficii, quæ & ipsa non vult vice simplici gratulari, liberalius diuisa quām iuncta, cùm teneamus duo integrum, neuter desyderat separatum. Sed illa (vt paulo antè promisi) habebunt sui muneris peculiare secretum. Consulatus hic meus orat atq; obsecrat, vt obnoxiam tibi vni finas fieri eius dignitatē, quem omnibus prætulisti. Quod quidem & ipse sibi inuenit gradus, cum clarissimo viro collega^{*} meo honore coniunctus, nuncupatione prælatus. Consul ego Imperator Auguste munere tuo, non passus septa, neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos, qui non prensauerim manus, nec cum salutantium cōfusus occursu, aut sua amicis nomina nō reddiderim, aut aliena imposuerim, qui tribus non circumui, cēturias non adulauit, vocatis classibus non intremui, nihil cum sequestre deposui, cum diribitore nil pepigi. Romanus populus, Martius campus, equester ordo, rostra, ouilia, Senatus, curia, vnuis mihi omnia Gratianus. Iure meo Auguste maximè affirmare possum, incolimi omnium gratia, qui ad hunc honorem diuersa vñquam virtute venerunt, venturiq; sunt: suus enim cuiq; animus, suum meritum, sibiq; mens

^{* in eo}

mens cōscia est: iure inquam meo affirmare possum, me mihi videri à cæteris esse secretum. Sunt quos votorum cruciat inanitas: non optauit. Quos exercet ambitus: non petui. Qui assiduitate exprimunt: non cœgi. Qui offeruntur occasione: non affui. Quos iuuat opulentia: obstat temporum disciplina. non emi. Nec possum continentiam iactare: non habui. Vnum præstare tentauit, & hoc ipsum quasi meum vendicare non possum: in tua enim positum est opinione, si merui. Fecisti autem & facies alios quoque consules piissime Gratiane, sed non & causa pari. Viros gloriæ militaris: habent enim tecum ut semper laboris, ita dignitatis plerunque consortium, virtutis quām honoris antiquiore collegio. Viros nobilitatis antiquæ: dantur enim multa nominibus, & est Roma pro merito. Viros fide inlytos & officiis probatos, quorum me et si non secerno numero, tamen (quod ad honoris viam pertinet) ratione dispertio. Quartum hunc gradum noui beneficii tu Auguste constituis, efferre tibi ipsi, quo alter ornetur, bona animi tui ad alienam referre præstantiæ, eruditionemq; naturæ, quam Deo & patri & tibi debes, ad alterius gratiam rectius retorquere, quām verius. Tua hæc verba sunt à te mihi scripta, soluere te quod debebas, & adhuc debere quod solueris. Omentis aureæ dictum bracteatum: ô de pectori candidissimo lactei sermonis alimoniam! Quisquā ne tam parcus est in ostētatione beneficii? quisquam pondus gratiæ suæ vim meriti profitetur alieni? quisquā denique quod indulget, quasi ab obnoxio deferatur, pretiū mauult vocare quām donum? Certent huic sententiæ veteres illi, & Homerici oratores, subtilis deducta oratione Menelaus, & instar profundæ grādinis ductor * Ithaceius, & melleo delibutus eloquio iam tertiae Nestor ætatis. Sed neque ille

*Ithaceensis

ille concinnius eloquetur, qui se Laconica breuitate collegit: neque ille contortius, qui cum sensibus verba glomerauit: nec dulcius, cuius lenis oratio mulcedo potius quām extorquendo persuasit. Soluere te di cis quod debebas, & debiturum esse cùm solueris, Au guste iuuensis. Cæli tibi & humani generis rector hoc tribuat, vt prælatus antiquis, quos etiā elegancia sententiae istius antecessisti, vincas propria singulorum: in Menelaō regiam dignationem, in Ulysse prudētiā, in Nestore senectutem. Subiicit aliquis, Ista quidem adeptus es: sed effare, quo merito? Quid me oneras sciscitor? rationem felicitatis nemo reddit: *quonodo, sic vice*
toriq
 Deus & qui Deo proximus tacito munera dispertit arbitrio, & beneficiorum suorum indignatus per homines stare iudicium, mauult de subditis dedisse miraculum. Quo inquis merito? ego nullū scio, nisi quod tu piissime Imperator debere te dicis, & hoc debere latissimè pertinet: siue hoc eruditio[n]is tuae scenus existimas, siue sine foenore gloriam liberalitatis affectas, siue te pōdere concepte sponsonis exoneras, seu fideicommissum patris exolvis, seu magnanimitate cælesti ostentatione suppressa, Dei munus imitaris. Debere te dicis. Cuius quando? quo nomine? lege *syngrapham*, nomina creditorem, accepti & expensi tabulæ conferantur. Videbis aliò summæ istius transire rationem. Tibi coepit Deus debere pro nobis. Quid autem mihi debes gratissime Imperator? Patitur enim humanitas tua, vt præter regias virtutes, priuata appellatione lauderis. Quid tu mihi debes? & contrà quid non ego tibi debo? An ne quod docui? hoc ego possum verius retorquere, dignum me habitum qui docerem: tot facundia doctrinæque præstantes inclinata in me dignatione præteritos, vt esset quem tu matura iam ætate subcinctum per omnes honorum gradus fest quod inueste tue
admodum
admodum
admodum
admodum
admodum

festinata bonitate proueheres. Timere ut videreris, ne in me vita desiceret, dum tibi adhuc aliquid quod deberes praestare, superesset. Negat Cicero consularis ultra se habere quod cupiat. Ego autem iam consul & senex, adhuc auditatem meam iam fatebor. Te videre saepius in hoc magistratu Gratiane defsydero, vt & sex Valerii. Coruini, & septem Caii Marii, & cognominis tui Augusti tredecim consulatus, unus æquipares. Tibi plores potest ætas & fortuna tua praestare: verum ego in numero parcior, quia tu in munere liberalior: ipsum enim te saepius hoc honore defraudas, vt & aliis largiaris. Scis enim Imperator doctissime (rursum enim utrā laude priuata) scis inquam septem ac decem Domitiani consulatus, quos ille inuidia alteros prouehendi continuando conferuit, ita in eius auditate derisos, vt hoc eū pagina Fastorum suorum, imimo fastidorum fecerit insolentē, nēc potuerit praestare felicem. Quod si principi honoris istius temperata, & quæ vocatur aurea, debet esse mediocritas, quid priuatis status hominibus? quid æquanimis? quid iam senibus erga se oportet esse moderaminis? Ego quidem, quod ad honores meos pertinet, & vota saturauit. Tu tamen Imperator optime, tu piissime, tu quem non fatigat liberalitas, nisi quando cessavit: tu inquam indulgentissime Gratiane, vt ad beneficiendum subito es, nec opinus in genio, adhuc aliquid quod hoc nomine mihi praefstetur, inuenies. Sic intellexere omnes, sic nobis ordinem ipse fecisti, sic amicus Deo es, vt à te iam imperatū sit, quod optatur ab aliquo, & quod nondum optamus, adipiscimur. Et rursum aliquis adiicit, aut sermone libere, aut cogitatione liberius. Nōnne olim & apud veteres multi eiusmodi doctores fuerunt? an tu solus præceptor Augusti? immo ego cum multis coniunctus officio

cio, sed cum paucissimis secretus exemplo. Nolo Constantini temporum taxare collegas. Cæsares docebantur, superiora contingam. Dives Seneca, nec tamē consul, arguetur rectius quām prædicabitur, non erudiisse in dolem Neronis, sed armasse fœ uitiam. Quintilianus consularia per Clementem ornamenta fortitus, honestamenta nominis potius videtur quām insignia potestatis habuisse: quomodo Titianus magister, sed gloriatus ille, municipalem scholam apud Visontionem Lugdunumq; variando, non ætate quidem, sed vilitate consenuit. Vnica mihi amplectenda est Frontonis Imitatio, quem tamen Augusti magistrum sic consulatus ornauit, vt præfectura non cingeret. Sed consulatus ille cuiusmodi? ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte cōsumptus quārendum vt reliquerit tantus orator, quibus consulibus gesserit consulatum. Ecce aliud quod aliquis opponat, In tanti ergo te oratoris fastigium te gloriosus attolis? cui talia requirenti respondebo breuiter: Non ego me contendo Frontoni, sed Antonino præfero Gratianum. Celebrant quidem solennes istos dies omnes vbique vrbes quæ sub legibus agunt, & Roma de more, & Constantinopolis de imitatione, Antiochia pro luxu, & Carthago discincta, & domus fulminis Alexandria: sed Treuiri principis beneficio: fluminis & mox cum ipso authore beneficii loca inter se distat, vota consentiunt. Vnus in ore omnium Gratianus, potestate imperator, virtute viator, Augustus sanctitate, Pontifex religione, indulgentia pater, ætate filius, pietate vtrunque* superat. Non possum fidei *Alii, supercausa ostendere imagines maiorum meorum, vt ait rat, non le- apud Salustium Marius, nec deductum ab Heroibus gunt. genus ad * eorum stemma replicare, nec ignotas opes *deorum & patrimonia sparsa sub regnis, sed ea quæ nota sunt,

^{+ morū}
^{+ auctor}

sunt, dicere potius quām prædicare. Patriam non obscuram, familiam non poenitendam, domum innocentem, innocentiam non coactam, angustas opes, veruntamen libris & liberis dilatatas: frugalitatem sine fôrdibus, ingenium liberale, animum non illiberalem, vietum, vestitum, supellecilem, munda, non splendida. Veteribus ut illis consulibus excepta, quātum erat bellicarum collatione virtutum, si quis me conferre dignetur, seponat opulentiam, non derogaturus iudiciam. Verūm quoniam gratiis agendis iamdudum succumbo materiæ, tu orationi meæ Gratiane succede. Tu Gratiane qui hoc nomen sic per fortunā adeptus es, vt nemo verius ambitione quæsierit. Neque enim iustius Metellus cognomento Pius patre reuocato, qui esset impius exulante: aut verius Sylla Felix, qui felicior ante quām vocaretur: quām tu Gratiane, cui & hoc nomen est, & illa Metelli Syllæque cognomina. Tu inquam Gratiane, qui hoc non singulis factis, sed perpetua gratae agendi benignitate meruisti, cui, nisi ab aeo deductum esset, ab omnibus adderetur. Tu ipse tibi inquam pro me gratiam reser: tu tuæque virtutes, bonitas, qua in omnibus prolixus es, perpetuus in me: pietas, qua orbem tuum temperas, quamq; invlcscendo patruo probas, tuendo in fratre cumulas, ornando in præceptore multiplicas. Agat gratias clementia, quam humano generi impertis: liberalitas, qua ditas omnes: fortitudo, qua vincis: & mens ista aurea, quā de communi Deo plus quām vllus hausisti. Agant & pro me gratias voces omnium Galliarum, quarum præfeto hāc honorificentiam detulisti. Ultra progredior, & hoc quia debere te dicis. Agat quæ optime agere potest vox ista, quam docui. Iamdudum autem quām grati animi, tam sermonis exigui, vt supradictum est, suc-

cum

cumbo materiæ: neque adhuc illa perstrinxí, quæ ne infantissimus quidem, nisi idem impiissimus, eminētia per famam, & omnium gaudiis testata supprimere, quæ supra vires dicendi meas posita cunctor attinge, aut ingrati crimine arguendus, aut temerarii professione culpandus: tamen alterum cùm subeundum sit, audaciam quām malivolentiam malo reprehendi. Tu Auguste venerabilis, distictus maximo bello, assultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubii ora protexitur, comitia consulatus mei armatus exerces. Tributa ista quod in vrbe Sirmio geruntur, an vt quod in procinctu, cœturiata dicetur: an vt quondam, pontificalia vocabuntur, sine arbitrio multitudinis, sacerdotiū tractata collegio? Sic potius, sic vocentur, quæ tu pontifex maximus deo participatus habuisti. Non est ingenii mei piissime Imp. talia cōminisci: verba sunt literarum tuarum, quibus apud me auctoritatem summi numinis, & vt tuæ voluntatis amplificas, sic enim loqueris. Cum de consulibus in annum creandis solus mecum uolutarem, ut me nosti, atque ut facere debui, ut uelle te sciuī, consilium meum ad Deum retulī: eius auctoritatib; obsecutus, te consulem designauī, & declarauī, & priorem nuncupauī. Cuius orationis ordo lucidor? quæ doctrina tam diligens propriis comitiorum verbis loqui, nec vocabulis moris antiqui nomina peregrina miscere? Valete modo classes populi, & urbanarum tribuum prærogatiuæ, & centuriæ iure reuocatae. Quæ comitia pleniora vñ-
quam fuerunt, quām quibus præstitit Deus conciliū, Imperator obsequium. Et nunc ego piissime Imperator, ne fastigium auditorij sacri dictorum tuorum timidus interpres offendā, diuinitatis tuæ propè cum piaculo verba transcurso. Cum de consulibus, in-
*vocatae
m quis

* si in omn.

quis, in annum creandis? Eruditavox. Et dum solus mecum uolutarem: O profundus altitudo secretorum! habes ergo consiliatorem, & non metuis proditorem. Ut me nosti, ut facere debui, ut uelle te sciui. Quid familiarius? quid constantius? quid dici blandius potest? Consilium meum ad deum retuli. Et quemadmodum solus, cui praesto est tam grande consilium? an plenius, cum senatu, cum equestri ordine, cum plebe Romana, cum exercitu tuo & prouinciis omnibus deliberassis? Consilium meum ad deum retuli. Non ut, credo, nouum sumeres, sed vt sanctius fieret, quod volebas, eius auctorati obsecutus scilicet, vt in consecrando patre, in uinciendo patruo, in cooptando fratre fecisti. Te consulem designauis, & declarauis, & priorem nuncupauis. Quis haec verba te docuit? ego tam propria & tam Latina nesciui. Designauis, & Declarauis, & Nuncupauis. Non fit hoc temere, habet moras suas dispergitis gradibus tam matura cunctatio. Has ego literas tuas* in omnibus pilis atq; porticibus, vnde de plano legi possint, instar edicti pendere mandauero: Nonne tot statuis honorabor, quot fuerint paginae libellorum? Sed ad blandiora festino. Ab hac enim literarum ad me datarum parte digressus, eò quoq; descendisti, vt quæres, qualis ad me trabea mitteretur. Omne largitionum tuarum ministerium sollicitudine fatigasti. Non ergo supra consulatum mihi est adhibita per te cura tam diligens, pro me cura tam felix. In Illyrico arma quatiantur. Tu mea causa per Gallias ciuilium decorum indumenta dispensas. Loricatus de toga mea tractas. In procinctu & maximis dimicaturus palmaræ vestis meæ ornamenta disponis, feliciter & bono omni. Nanq; iste habitus vt in pace consulis est, sic in victoria triumphantis. Parum est, si qualis ad me

tra

trabea mittatur, interroges, te coram promi iubes. Nec satis habes, vt largitionum ministri ex more fungantur: eligis ipse de multis, & cum elegeris, munera tua verbori honore prosequeris. Palmatam, inquis, tibi misi, in qua Diuus Constantius parens noster intextus est. Me beatum, cuius insignibus talis cura praestet. Hæc planè, hæc est piæta (vt dicitur) vestis non magis auro suo, quam tuis verbis. Sed multo plura sunt in eius ornatu, quæ per te instructus intelligo. Geminū quippe in uno habitu, radiat nomen Augusti. Constantius in arguento vestis intexitur, Gratianus in muneris honore sentitur. Accedit tam impenso beneficio tuo pondus quorundam sciscitatione cumulatum. Interrogatus quem priorem decernebas consulem, Nec dubitandum esse dixisti tu: & qui tecum boni sunt, dubitare non poterant. Sed tamen ad hoc dictum erexerant animos, qui libenter clarissimum virum collegam meum, quem presentem habebat occasio, prælatum credidissent. Fatigantes tamen, quod intellexerant requirebant. Hic tu sicut mihi renuntiatum est, noto illo pudore tuo paulisper hæsiisti: non rationis ambiguus, sed eorum dubitacionem vultu, & rubore cōdemnans, qui studium tuum interpretationis errore palpabant. Deinde illico subdidisti. Quid de duobus consulibus designatis queritis, quis ordo sit nuncupationis? an ne alium quam quem præfectura constituit? O felicem verecundiam tuam, cui ista popularis ratio tam prudenter occurrit. Scisti aliud Gratiane quam dices, sed propter quorundam verecundiam dicere noluisti. Scrupulosus hic mihi locus est, & propter eam quam nunquam appetui, gloriam recusandus. Cum prior renuntiatus sim, satis est tuum tenere iudicium. Interpretes valete meritorum. Neque autem ego, sacratissime Imperator, in tenui

m 2 benefi

beneficio gradum nuncupationis amplector. Num est
hæc gloria ignota Ciceroni? Prætorem me, inquit, po-
*ædilem pulus Romanus primum fecit, *consulem priorem.
Ex ipsa eius sententia intelligitur commendabilius ei-
videri vni quām pluribus esse præpositū. Nulla enim
est quidem contumelia secundi, sed ex duobus gloria
magna prælati. Alexātri Macedonis hoc fertur, cùm
legisset illos Homericos versus, quibus Hectore pro-
uocatē è nouē ducib⁹ qui omnes pugnare cupiebat,
vnum deligi placeret sortis eventu, trepida vbi con-
ceptione votorum Iouem Optimum Maximum to-
tus precatur exercitus, vt Aiacem, vel Tydei filium,
aut ipsum regem ditium Mycenarū sortiri patiatur
Agamemnonem: Occiderem, inquit, illum qui me
tertium nominasset. O magnanimitatem fortissimi
vir⁹, nominari inter nouem tertius recusabat, vbi cer-
tè pluribus antecelleret, quām subefset. Quanta hic
verecundia grauaretur posterior de duobus? Est enim
in hoc numero arduæ plena dignationis electio. Cùm
vniversis mortalibus duo qui fiant consules præferun-
tur, qui alteri præponitur, non vni, sed omnibus ante-
fertur. Expectare nunc aures præsentium scio, & emi-
nere in omnium vultu intelligo, quod desyderio con-
cipiatur animorum. Existimant enim cùm ea quæ ad
grates agendas pertinebant, summatim tenuiore filo
(vt dicitur) deducta libauerim, aliqua me etiā de ma-
iestatis tuæ laudibus debere perstringere. Quanquam
me istam dixerim se posuisse materiam, & in tempus
aliud reseruare, nihilominus tamen vt nunc aliqua
contingam, nutu & propè murmure cohortantur.
Itaque faciat quando cogunt volentem, sed maiori-
bus separatis tenuiora memorabo, nulla spe ad ple-
num exequendi, sed vniversi vt intelligent, eorum
quæ intus prædicanda sunt, à me poscendam esse no-
titiam,

titiam, ab aliis dignitatem. Nec excellentia, sed cotti-
diana tractabo. Nullum te vnquam diem ab ado-
lescentia tua nisi adorato Dei numine, & reus voti, &
illico absolutus egisti: laitis manibus, mente pura,
immaculabili conscientia, & quod in paucis est, cogi-
tatione syncera. Cuius autem vnquam egressus aulpi-
cator fuit? aut incessus modestior? aut habitudo co-
hibitior? aut familiaris habitus condecētior? aut mili-
taris accinctior? In exercendo corpore quis cursum
tam perniciiter incitauit? quis palæstram tam lubri-
cus expeditius? quis saltum in tam sublime collegit?
Nemo abductus iacula contorsit, nemo spicula cre-
bris iecit, aut certius destinata percussit. Miraba-
mur poëtam qui *infrænes dixerat Numidas: & alte-
rum, qui ita collegerat, vt diceret in equitando ver-
bera, & præcepta esse fugæ, & præcepta sistendi. Ob-
scurum hoc nobis legentibus erat. intelleximus te vi-
dentes, cùm idem arcum intenderes, & habendas re-
mitteres. Aut equum segnius euntem verbere con-
cittares, vel eodem verbere intemperantiam coēr-
ceres. Qui te visi sunt hoc docuisse, non faciunt.
immò qui visi sunt docuisse, nunc discunt. In cibis
autem cuius sacerdotis abstinentior ceremonia? in
vino cuius senis mensa frugalior? Operto conclavis
tui non sanctior ara vestalis, non pontificis cubile
castius. nec puluinar flaminis tam pudicum. In offi-
ciis amicorum non dico paria reddi, anteuenis: & f. reddi,
quoties in obsequendo *præcedimus, erubescis pu-
dore tam obnoxio, quām in nobis esse deberet ab *præueni-
mus, imperatore præuentis. In illa verò sede, vt ex mo-
re loquimur, confistorii, vt ego sentio, sacrarii tui
nullus vnquam superiorum aut dicenda pensius co-
gitauit, aut consultius cogitata disposuit, aut dispo-
sita maturius expediuīt. Et aliqua de oratoriis vir-
tutib

tutibus tuis dicerem, nisi vererer mihi gratificari. Non enim Sulpitius acrior in concionibus, nec maioris Gracchi commendabilior modestia fuit, nec patris tui granior auctoritas. Qui tenor vocis, cum incitata pronuncias? quæ inflexio, cum remissa? quæ temperatio, cum vtraque dispensas? quis oratorum lœta iucundius, facunda cultius, pugnantia densius, densata glomeratus, aut dixit, aut quod est liberum, cogitauit? Vellem, si rerum natura pateretur, Xenophon Attice in æuum nostrum venires, tu qui ad Cyri virtutes exequendas votum potius quam historiam commodaisti, cum dices, non qualis es, sed qualis esse deberet. Si nunc in tempora ista procederes, in nostro Gratiano cerneres, quod in Cyro tuo non videbas, sed optabas. Atque ista omnia quasi punctis quibusdam acuminata signavi, si facundia pro voluntate suppeteret, quanquam non copiosus exequerer, vberatem filio rerum magnitudine suggestente. Sed nec huius diei, nec huius ista materiae. Qui dicturi estis laudes principis nostri, habetis velut seminarium vnde orationum vestrarum iugera compleatis. Ego ista perstrinxi. Atque ut sciunt omnes, possum videri familiaris notitiae secretus interpres, domestica istæ, non tam prædicare, quam prodere. Atque ut ista dixi de cognitis mihi, atque intra aulam familiaribus, possem & foris celebrata memorare, nisi omnia omnes, & separatis sibi quisque nouisset. Possem pari breuitate dicere superiora. Emendatissimi viri est poenitenda non facere, at tu nunquam poenitenda fecisti, & semper veniam poenitentibus obtulisti. Pulchrum est indulgere timentibus, sed tu perpetuae bonitatis edictis occurristi omnibus ne timearent. Magnificum largiri honores, tu honoratos & liberalitate ditasti. Laudabile est imperatorem faci-

*Simile fuit
trigenu nolis
prosperitate
facta*

les

les interpellantibus prebere aditus, nec de occupazione caufari. tu confirmas adire cunctantes, etiam queritoniis explicatis, ne quid adhuc fileatur, interrogas. Celebre fuit Titi Cæsaris dictū, perdidisse se diē, quo nihil boni fecerat, sed celebre fuit: quia Vespasianus successor dixerat, cuius nimia parsimonia, & austertas vix ferenda, miram fecerat filii lenitatem. Tu Valentiniano genitus, cuius alta bonitas, præsens comitas, temperata severitas fuit, parto & condito optimè reipublicæ statu intelligis posse te esse lenissimum sine dispendio disciplinæ. Neque verò vnum aliquod bonum uno die præstas, sed indulgentias seculares per singula horarum momenta multiplicas. Vel illud vnum cuiusmodi est, de condonatis residuis tributorū? quod tu quam cumulata bonitate fecisti? Quis vñquam imperatorum hoc prouinciis suis aut vberiore te indulgentia dedit? aut certiore securitate prospexit? aut prudenter consultiore munivit? Fecerat & Traianus olim, sed partibus retentis, non habebat tantam oblationem concessi debiti portio, quanta superat amaritudo seruati. Et Antoninus indulserat, sed imperii, non beneficii successor inuidit, qui ex documentis tabulisq; populi condonata repetiuit. Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iussisti. videre in suis queaque foris omnes ciuitates conflagrationem salubris incendi. Ardebat stirpes fraudum veterum: ardebat seminaria futurorum. Iam se cum puluere fauilla misueerat: iam nubibus fumus inuoluerat, & adhuc obnoxii in paginis concrematis ductus apicum, & sefteriorum notas cum iuuantia de ratione cernebant, quod minerant *legi posse & veteres. Quid te Imperator Auguste indulgentius? quid potest esse consulitus? Quæ bona præstas, efficis ne caduca sint: quæ

*aliás, lectū
legi

mala adimis, prospicis ne possint esse recidia. Hæc prouincialibus indulgentia bona. Quid illa nostro ordini? quid illa militibus Antoninorum comitas fuit? & iam inde Germanicorum cohorti amicorum, & legionibus familiaris humanitas? Sed ego nolo benevolentiam tuam aliorum collatione præcellere. abundant in te ea bonitatis & virtutis exempla, quæ sequi cupiat ventura posteritas, & si rerum natura pateretur, adscribi sibi voluisse antiquitas. Necesse est tamen aliquid comparari, vt possit intelligi, bona nostra quo præfent. Aegrotantes amicos Traianus visere solebat: haec tenus in eo comitas prædicanda est. Tu & visere solitus, & mederi: præbes ministros, instruis cibos, fomenta dispensas, sumptum adiicias medelarum: consolaris affectos, reualescentibus gratularis. In quot vias de vna eius humanitate progrederis? Legionibus vniuersis, vt in communi Marte euenit, si quid aduersi acciderat, vidi te circumire tentoria, satim salue querere, tractare vulnera sauciorum, & vt salutiferae apponenterunt medelæ, atque vt non cessaretur, infare. Vidi quosdam fastidentes cibum, te commendante sumpsisse. Audiui confirmantia ad salutem verba profari, occurtere desyderiis singulorum. Huius sarcinas, mulis aulicis vehere: his specialia iumenta præbere: illis ministeria perditorū instaurare lixarum: aliorū egestatem tolerare sumptu: horum nuditatem velare vestitu. Omnia agere indefesse & benignè, pietate maxima, ostentatione nulla, omnia præbere ægris, nihil illo exprobrare sanatis. Inde cunctis salute nostra charior factus, meruisti vt haberes amicos obnoxios, promptos, deuotos, fideles, in æuū omne mansuros, quales charitas non fortuna conciliat. Concludam deinceps orationem meam, piissime Auguste, sermonis magis

gis fine quām gratiæ: nanque illa perpetua est, & spatio non transmeabili, terminum calcis ignorat. Flexu tamen paruo, nec à te procul, conuertar ad Deum. Aeterne omnium genitor, ipse non genite opifex, & causa mundi, principio antiquior, fine diuturnior, qui tempora tibi & aras penetralibus initiatorum mentibus condidisti, tu Gratiano humanarum rerum domino, eiusmodi semina nostri amoris inolesti, vt nihil in digressu segnior factus, meminisset & relieti: illustraret ablentē, præsentibus anteferret. Dein quia interesse primordiis dignitatis per locorum interualla non poterat, ad solennitatem condendi honoris occurseret beneficiis, ne decesset officium. Quæ enim memoria, memoria inquam transcursum tantæ celeritatis, vel in audacibus Græcorum fabulis commenta est? Pegasus volucr actus à Lycia nō ultra Ciliciam permeauit. Cyllarus atq; Arion inter Argos Nemeamq; senuerunt. Ipsi Castorum equi, quod lōgissimum iter est, non nisi mutato vectore transcurrunt. Tu Gratiane, tot Romani Imperii limites, tot flumina & lacus, tot veterum intersepta regnorum, ab vsq; Thracia per totum, quām longus est, locum Illyrici. Venetiam Liguriā q; & Galliam veterem, insuperabilia Rhetiæ, Rheni accolas, Sequanorum inuia, porrecta Germaniæ, celeriore transcursu, quām est properatio nostri sermonis, euoluis, nulla requie otii, ne somni quidem, aut cibi, munere liberali vt Gallias tuas inopinatus illustres, vt consulem tuum quanuis desyderatus, anticipes: vt illam ipsam, quæ auras præcedere solet, famam facias tardorem. Hoc senectuti meæ, hoc honori à te datum. Supremus ille Imperii & consiliorum tuorum deus conscient, & arbiter, & auctor indulxit, vt sellam curulem, cuius sedem frequenter ornabis: vt præextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, vt trabeam

non magis auro suo , quām munere tuo splendidam ,
quæ ab Illyrico sermonis dignitas honestauit , apud
Gallias illustriora præstares : quæstorē vt tuum , præ-
fectum vt tuo prætorio , consulem tuum : & quod ad-
huc cunctis meis nominibus anteponis , præceptorē
tuum , quem pia voce declaraueras , iusta ratione præ-
tuleras , liberali largitate ditaueras , Augustæ digna-
tionis officiis consecrare .

A P V D G R A T I A N U M
A V G V S T U M .



D. Ausonii Burdigalensis Pe-

RIOCHAE IN HOMERI
ILIADEM ET ODYS-

SEAM.

*

In Iliadem .

S i Homerum scriptorem Troici belli catenus quæ
Iliadem suam incipit , quaq; finit , percēseamus , orsum
ab iracundia Achillis ad sepulturam Hectoris , qua-
tuor & viginti libros contexuisse mōstrabimus . Hæc
eius species appetat summam cutem primi operis in-
tuenti . Verūm hoc scripturæ ipsius tempus Troiano
bello non totum , sed penè vltimum fuit . Nam si ra-
tio putanda est oppugnationis decennis , nonus ferè
annus , idemq; prope finem sui , ea negotia continabit ,
que ab iniuria Agamemnonis ac Briseidis usurpatio-
ne vsq; ad funus Hectoris digna memoratu erūt : illa
temporū series , quæ ab eiusdem belli causis atq; ori-
gine

gine pertinet ad urbis excidium . Atq; ex eo eveniet ,
vt ignaris iudicandi & poëticæ œconomia experti-
bus , multa nobilia ab exordio belli vsq; ad Achillīs
iurgium omissa videantur . Nec minus multa ab He-
ctoris funere advsq; deletum Ilium . Quorum quidem
maxima expectatio erat propter tam longi certami-
nis consummationem . Sed vt diuinum poëtam nihil
quod illustre fuerit , omisisse appareat , atq; omnia que
finiri oportuit , contigisse , breuiter & in epitome spe-
ciem belli Troici causam originis , apparatusq; , quæ
annis superioribus acciderunt , reteximus . Horum
omniū prima origo est Paridis iudicij inter deas , de-
niq; classis contextio , qua idē Paris in Europā nauiga-
vit . Tum raptio Helenæ , quæ opinione veterum bi-
pertita est : quod plerique Helenam iuxta Homeri
cum plasma ad Troiam deportatam fuisse existimā-
verunt : nonnulli autem opinati sunt , cùm Alexan-
der cursu deerrasset , delatusq; ad Aegyptum fuisset ,
cognita hospitalis foederis iniuria , per Aegyptium
regem seruantissimum iusti virum , Helenam cum
iis quæ vna cum eadem fuerant abrepta , Paridi sub-
latam , expugnatoq; demum Ilio Menelao resti-
tutam .

Periocha libri primi Iliados .

Iram diu refer nati Peleos Achilei
Pestiferam , que mille dedit discrimina Achiu's .

Chryses Apollinis sacerdos ob redimendam filiam
cùm Agamemnoni supplicasset , contumeliosè repul-
sus deum precatur vltorem . Insecuta subinde graui
pestilentia , cùm Græcorum exercitus interiret , cogit
Achilles concilium , & ab eodem inuitus Calchas
morbi causam compellitur indicare . Qua cognita

Agam

Agamemnon cōcitatur in Achillem, qui percitus iracundia etiam cädema regis audebat, nisi eum in ultimum furorem progredi Minerua vetuisset. A quo Briseis concubina in locum Chryseidis, quæ patri reddebat, abducta est. Inde Thetis mater ad cælum lachrymas & contumeliam filii miserata profiscitur. Quæ fiducia defensi quondam cum Aegeone iouis ultum iri affectans iniuriam, obtestatur summū deorum, vt Troianos in rebus belli superiores esse patiantur. Quibus Iuno compertis, iracundè aduersum coniugem commouetur. Sed gliscens iurgium per deridulum, ministrante Vulcano, simul consili specie intercedente lenitur.

Periocha secundi Iliados.

Cælestes hominumq; genus superabile curis
Tranquilla obscuri carpebant munera somni.
At non peruigilem nox irrequia tonantem.
Leniſt immodosos uoluentem corde paratus,
Cædibus ut Graiū lœſum ulciscatur Achillem.

Iupiter Agamemnonem somno monet prælia faciendi tempus adesse, ne cunctetur dimicare. Tum ille in concilium proceribus aduocatis, mandatum Iouis & speciem nocturnæ quietis explanat. Mox in cōcionē multitudine congregata, pertentat militum voluntatem, vtq; deposito bello ad sua quique redeant, cohortatur. Iamq; omnibus nauigationem* adhortatibus, foeda discessio ab Vlysse cohibetur, à quo etiā Theristæ deformis & loquax in Heroum contumelias verborum licentia promptus cum acerba obiurgatione pulsatur: ipse Minerua monitu cūctos à profectione deterret. Sumpto deinde cibo armatur exercitus. Neq; secius à Troianis instructa acies Iride ita

*adornanti-
bus,

monē

monente producitur. Sequitur enumeratio copiarum viritim, vt per catalogi seriem milites, naues, duces, patriæ, * retexantur.

*referātur.

Periocha tertii Iliados.

Argiuos sua quoſq; acies in bella sequuntur,
Dispositi in turmas equitum cuneosq; pedestres,
Turbida clangentes confundunt agmina Troēs.

* quoſq;

Instructum prælio exercitum, priusquam feriret acies, Priamus spectat è muris, & monstratu Helenæ de viris insignibus edocetur. Dehinc Menelaus ad singularē certamen ab Alexandro prouocatur. Qui frustra Agamemnone dehortante congreditur facta inter vtrosq; populos sponsione & foedere per sacra firmato sub ea conditione, vt victorem Helena cum do te sequeretur. Sed superatus Paris, regressusq; ad urbem, iurgio vxoris excipitur. Ab Agamemnone foederis pacta repetuntur.

Periocha quarti Iliados.

Iuppiter interea cum Dijs genitalibus una
Concilium cogit superum de rebus Achiuis.

Ioui placet delere Troiam: ad quod pertinacia Iunonis urgetur. Cumq; id fieri Minerua properaret, difsidium foederis comminiscitur, & Pandarum sagittādi peritum astu suudentis aggreditur, vt clam vulnerato Menelao belli causa crudescat. Quo facto à Græcis prælium instauratur, congressisq; exercitibus mutua clade decernitur.

Periocha quinti Iliados.

Hic & Tytidem monitum Tritonia Pallas
Audaci uirtute replet. uomit aurea flamas
Cassis, et undantem clypeus defulgorat ignem.

Ipse

Ipse autumnali clarum micat emulus astro.

Diomedes auxilio Mineruæ strenuè præliatur. Venus quoq; filio subuenire conata, vulnere affecta digreditur. Mars etiam fit facius, exceditq; bello. Sequitur Tlepolemi Sarpedonisq; congressio. Et Tlepolemus Herculis filius certamine vicit occiditur.

Periocha sexti Iliados.

*Sole decertant acies sine numine diuīum,
Cessante auxilio sua cuīq; exorsa laborem
Fortunamq; ferunt proprij dij criminē fatti.*

Troianis fortuna inclinatiōe pugnantibus, vates Helenus suadet vt Minerua placetur. Igitur Hecuba ab Hectorē monita, vt peplum in arcem inferat, peragit vota cum matribus. Alexander obiurgatus à fratre pēgit in prælium. Glaucus Lycius, Aetolusq; Diomedes congressi vt dimicarent, cum iā certamen oritur, paterna inter se hospitia recordati, facta armorum permutatione discedunt.

Periocha septimi Iliados.

Hec ubi dicta dedit, portis sc̄e extulit Hector.

Mineruæ Apollinisq; consensu, fortissimus Græcorum ab Hectorē prouocatur. Nouem ducibus ad dimicandum paratis pugnatū deligi placet sortis euētu. Ab Aiace Telamonio prælium singulare conferitur. In quo Hector lapide iētus, in suorum se recepit multitudinem. Perseuerante certamine caduceator Idaeus interuenit. Tum inuicem missis muneribus pugna sedatur. Hector Aiacem gladio, Aiāx Hectorē balteo muneratur. Intercessu noctis exercitus quique in sua discedunt. Die altero interfectorum humatio

procur

procuratur. Græcorum etiam naualia fossa ac vallo circundata muniuntur.

Periocha octauī Iliados.

Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.

Acto deorum concilio Iupiter pro parte pronuntiat, sua quisq; exercitus forte decernat. Nullus deorum odio in alteros vel fauore procedat. In Idā montem ipse digressus, vnde Graci immisso terrore conterrati, turpi fuga ad inunimēta compulsi, fossa & ageribus fēse tuentur. Iunonem ac Mineruam Græcis auxiliari volentes, monitis Louis Iris exterret: diremptoq; ob noctem certamine, vītores Troiani in ipso prælii loco excubias obsidionis instituunt. Multisq; ignibus factis per totam noctem de belli ratione consultant.

Periocha noni Iliados.

Interea vigilum excubijs cohībentur Achīiū.

Græcis & præterita dimicatione perculsis, & instante conterratis, proceres ab Agamemnone conuocantur. Qibus rex fugæ consilia & apparatu ordinandæ per noctem nauigationis indicit, Diomede & Nestore dehortantibus. Suadente autē Nestore Ajax & Vlysses legantur ad Achillem dona ingentia pollicētes, si defissat irasci, & se auxiliatorem fessis rebus accōmodet. Sed Achille in iracundia pertinaciter permanente, legati Achiuorum re non impetrata irriti reuertuntur.

Periocha decimi Iliados.

Ceteri per naues somno sopita manebat

Turba ducum, solum cura anxia uexat Atriden.

Vlyss

Vlysses & Diomedes speculatum nocte progressi Dolonem conspicantur, qui & ipse promisus Hectoris incitatus, Græcorum consilia exploratum prodierat. Et fateri vniuersa compulsum eodem loco interficiunt. A quo de aduentu Rhoesi Thracum regis edocti, ipsum etiam cum xii. obruncant. Equoq; eius præmium simul & testimonium grassationis abducunt insignes candore & celeritate, ut & niuibus & ventis antecedenterent.

Periocha undecimi Iliados.

Tithoni croceum linguis aurora cubile
Spargebat terras referens opera atq; labores.

Ab omnibus Græcis egregiè quidem, sed improspere dimicatur. Quorum proceribus vulneratis inconspicuit multitudini pugna committitur. Quia afflictione fortunæ Achilles paulisper inflexus, Patroclum mitit præsentia cognitum. Qui cum aduersi status nūtius reuerteretur, Eurypylum contemplatur ægrum ex vulnera, fomentisq; medicæ artis admotis redintegrat sanitati.

Periocha duodecim Iliados.

Astorides fœt Eurypylum dum uulnere fessum,

Res dubiæ apud Græcos vel potius afflictæ ultimæ fortunæ statu aguntur, praefantibus proceru vulneratis, cætero exercitu fugato, aut formidine perculso. Troiani naualium munimenta rescindunt, valluq; transgresi auguriis iuuantur ex euentu ambiguis. Itaque & pars muri ab Sarpedone conuellitur, & ab Hectore ita lapidis porta discutitur, & in ipsis naualibus pugna conseritur.

Perio-

Periocha xiiii. Iliados.

Iuppiter admovit Troas atque Hectora clausi.

Neptunus miseratione commotus Argiuorū tenuis nauibus auxiliator accedit, & usurpata vatis effigie Aiaces duos in prælium cohortatur, nec minus cæteram multitudinem præsentia malestatis instigat. Idomeneus egregio certamine eminet. Trojanai iam referentes gradum, firmati rursus per Hectorem contrahuntur, & ingenti clamore utrinq; certatur.

Periocha xxi. Iliados.

Concubitus quamvis potantem Nestora clamor,
Attonitasq; aures pepulit grauitate tumultus.

Iuno vinculum Veneris (cui Cesto nomen est) mutuata ad Iouem pergit in secessum montis Idæ, exhortatoq; Somno, ut eum committeret in soporem: deinceps vigilias eius vxoriis labefactat illecebribus. Cuius ignoratione Neptunus abutitur, fortunamq; Græcorum promptius auxiliando restituit, Aiace Locro vltra cæteros præliante.

Periocha xv. Iliados.

Iam uallum fossamq; super Troiana iuuentus
Institerat capte militans incendia clausis.

Iuppiter somno expergitus, videt statum certaminis innouatum, pelliq; Troianos, Græcis opem ferente Neptuno. Itaq; asperè lunone increpata, & minaciter per Iridem conterrito fratre iubet auxiliatorem desistere: ipse Apollinem recreando allegat Hectori: monetq; pro Phrygibus belli instaurare fortunam. Tum & Ajax Telamonius strenue præliatur, & ab eodem plurimis hostiis interfectis conflagratio clausis arctetur.

n

Perio-

AVS O. ILIAD.

Periocha x v i. Iliados.

Dum face, dum ferro celsam oppugnare carinam
Troes, & Argolici pergunt defendere reges:

Achilles Græcorum statum iam sub extrema sorte miseratur. Armis suis Patroclum permittit armari. Qui cū Myrmidonū produxisset exercitū, consernatosq; Troianos Achillis specie fessellisset, ruentes supra vallum & inuicem officientes, cæco pauore usque ad campi aperta cōpellit. Deinde congressus Sarpedonem perimit, multisq; hostium cæsis, ipse ab Hētōre interficitur, prius ab Euphorbo uulneratus.

Periocha x vii. Iliados.

Actoridem cæsum nec te Menelaë fessellit.

Circa interemptum Patroclum pugna contrahitur.
in diuersa Cum diuersi exercitus contendérēt, Græci ut corpus defenderent, Troiani ut ad ludibrium cadauer eriperent, à Menelao Euphorbus occiditur, & ad ostentationem gloriōsi facinoris Achillis exuuiis Hector armatur. Antilochus ad Achillem nuntius cladis acceptæ Menelao instante festinat. Qui & ipse postea cum Merione intra naualium munimenta se recipit, cū tota moles belli & Aiacibus ingruisset.

Periocha x viii. Iliados.

Dum furit in medio belli uis ignea Martis.

Achilles in miserabilem modū Patrocli deflet interitam, quem vi doloris affectum consonatibus verbis mater alloquitur. Nec inultum amicum fore pollicens, perlatura in se Vulcani arma promittit. Interea & Iris ab Iunone dimittitur, cuius instantia Achilles extra vallum quanquam inermis egreditur,

cont

PERIOCHA.

conterratisq; Troianis super alios aliis præcipitanti, bus latè fuga, & latius formido porrigitur. Eodemq; tempore & Vulcanus exhortatus à Thetide tota nocte (quā longa est) cælestia in gratiam Nymphæ armæ molitur.

Periocha x ix. Iliados.

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

Achilles armis cælestibus opè Vulcani, & muneris matris instruitur. Dein Græcorum primoribus in concilium vocatis, iracundiam sua abolitione deposit, & promissis ab rege muneribus coram concione ditatur. Tum militibus cibum capere iussis, ipse abstinet: infesto deinde atque intento exercitu pergit in prælium.

Periocha x x. Iliados.

Iamq; adeo celsis armati e nauibus ibant
Millia que magnis unquam uenere Mycenis.

At integris amborum copiis inter utrosq; exercitus pugna conseritur. Dein permissu Louis in partes deorum studia diuiduntur. Cum pro Græcis Iuno & Minerua decertarent, neque secius eos Neptunus & Mercurius & Vulcanus assererent, Troianos Apollonem cum Venere, & Diana cum matre, Mars etiam, & cum eis Scamander adiuuarent: tum Aeneam diis & viribus inquis eum Achille congressum, quanquam studens Græcis, nube circundata tum Neptunus eripuit.

Periocha x xi. Iliados.

Intulerat fluvio trepidas fuga foeda caterias.

Troianis usq; ad Scamandri fluminis altuum fuga & terrore compulsis, cū iam longius abeundi spatium non pateret, in ipso amine, cum flumen exundat;

n 2 ibi

ibi ab Achille & t. Troianorum iuuenum vincuntur; qui Patrocli inferiis immolarentur. Ipse Vulca-nus ardoribus suis vim torrentis exurit. Tum in cam-pum Achille progresso pasim studia deorum pro sua singulari parte depugnant. Troianorum exercitus instantे victore in moenia urbis impingitur.

Periocha xxi. Iliados.

Pulsam etenim Phrygios lustrabant agmina muros.

Hector singulari certamine cum Achille congre-ditur, Priamo atq; Hecuba , ne pugnaret, orantibus, Minerua econtrario specie Deiphobi , vt dimicet ad-hortante, Hector interfectus & religatus ad currum, ter circum moenia Troiana raptatur: deinde lacerum corpus defertur ad naues, vltione Patrocli, & victo-ris iracundia, ad vltiora supplicia reseruandum.

Periocha xxii. Iliados.

Troia uacat lachrymis, ludis Argiuu iuuentus.

Funebres ludi in honorem Patrocli frequentantur. Quibus Diomedes equis superat, lucta & cursu Vlys-ses , aliosq; alii genere certationis antestant.

Periocha xxiii. Iliados.

Quisque suas repetunt missō certamine naues.

Iuppiter Thetidem mittit ad filium cum mandatis eiusmodi, vt in defunctū sœuire desistat, fataq; hominum in examino hoste vereatur, ad sepulturam cor-pore restituto, Eiusdem iussu & Iris cohortatur Pria-mum, vt auro filium rependat examinum. Qui Mer-curio duce inter nocturnas hostiium profectus excu-bias, Achilli supplex aduoluitur, redemptumq; fi-lium iustitio publico, & deflet, & sepelit.

Per

Periocha primi libri Odysseæ.

Dic mihi musa virum capte post tempora Troie.

Qui mores hominum multorum uidit & urbes.

Horatii in arte.

Minerua in Ithacam Ioue ita volente descendit.

Mentorisque Taphiorum ducis sumit effigiem , sua-fura Telemacho vt ad Nestorem Menelaumque festi-net, qui recens domum regressi certi aliquid de Vlys-se nouissent. Tunc Phemius citharista adhibitus con-tiuuo procorum inchoat fleabilem cantilenam nau-i-gationis improspex , quæ profectos ab Ilio Græcos diuersis sparsit exiliis, quem Penelope digressa, Chal-cidico argumento tam miserabilis offensa materiae, vt alia concinat adhortatur.

Periocha ii. Odysseæ.

Oceano extulerat roseos aurora iugales.

Telemachus Ithacesios proceres cogit ad curiam, atque ibidem de cōtumelia domus & honorum pro-fligatione conquestus, consilia profectionis exponit, Antinoo resistente, qui eum priusquam mater nube-ret, abire prohibebat. Quia altercatione diu protracta concilium dissolutum est. Telemachus ad littus pro-cis ignorantibus pergit. Astantem sibi adorans Mi-neruam, peregrinationi accommoda parat, hortante maximè dea , quæ populum , ipsumq; Telemachum Mentoris simulatione fallebat. Instruēto ergo remi-gio, & naue deducta Telemachus, & Minerua de por-tu vespere instantē soluerunt.

Periocha iii. Odysseæ.

Iam Sol oceano radiatos prompserat ortus.

Telemachus Nestorem de patre percontatus, nihil noui accipit ab ignorantе, verum idem senex sequen-

n 3 ti die

ti die cum Pisistrato filio, vt ad Menelaū perget, hor-
tatur. nec mora factō consilio. Noēte quippe ea quæ
consecuta est, apud Pheras oppidum hospitio Dicclis
versati, altera Lacedæmonem peruehuntur.

Periocha 111. Odysseæ.

Iamq; adeo uentum ualide ad Lacedæmonis arces.

Telemachum, & qui cum eo venerant, Menelaus
comiter hospitio accipit, saneque sub vespera qua-
dam de Vlysse cognoscunt. Die vero altera totum na-
uigationis ordinem Menelaus explanat. Quodque in
Ogygia insula promissis & illecebris nymphæ Ca-
lypsonis Vlysses remoratur, exponit. Quæ quidem
Proteus eidem narrauerat de Græcorum ducibus re-
quirenti. Proci autem postquam de abitu Telemachi
compererunt, instructa deductaq; naui, viginti qui
fese legerant, nauigauere, redeuenti insidias molientes.
Circa Asteriam ergo insulam (quæ Ithacam Samum-
que interiacet) delitescentes, occasionem fraudis
expectant.

Periocha v. Odysseæ.

Liquerat in tepido Tithonum aurora cubili.

Mercurius in Ogygiam insulam deuolat, vt Iouis
monitis Calypso conterrata Vlyssem patiatur disce-
dere. Qui contextu ratis temere properare nauiga-
tionem solus aggreditur. Duodeuigesima die tempe-
state commota ex iracundia infestante Neptuno tra-
bium compago dissoluitur: quo casu proditur ultime
spei, & irritis conatibus nando ab Ino dea misericorde
seruatur. Quæ calanticam capitii suo demptam na-
tantii accommodat. Cuius ille sustentatu ad usque
Phæacum littus euadit.

Perio-

Periocha vi. Odysseæ.
Carpebat somnos dudum ærumnosi Vlysses.

Vlysses postquam ad Phæacum littus enauerat, fa-
tigationem diluit somno. Sed cum virgo Nausi-
caa regis Alcinoi ludum in aëta cum equalibus exer-
ceret, somno excitatus, vt erat nudus, erupit, foliorū
oppositu pudenda velatus. & cum supplex ad ge-
nua regiæ virginis aduolueretur, Mineruæ instinctu
mouit misericordiam salutarem, impositusq; carpen-
to & veste donatus usq; ad templum Mineruæ (quod
ante urbem est) ita suadente virginis pudore proue-
hit, ibiq; familiare sibi numen solita veneratione
precatur.

Periocha vii. Odysseæ.
Orabat superos dudum Laertia proles.

Minerua in puellæ speciem mutata Vlyssem pri-
mum in oppidum, mox in domum regiam ducit.
Cumq; Arete vxor Alcinoi & vnde vestem haberet,
& cuias esset, & qua sorte delatus sermone ipsius
comperisset, bonum animum habere iussus, suadente
vespera consedit quieti.

Periocha viii. Odysseæ.
Iam celum rutulat roseis aurora quadrigis.

Alcinous nauigationis ærumnam summatim ab
Vlysse cognoscit. Exinde iussis primoribus in curiam
conuenire, adventum hospitis & infortunia diutinæ
iactationis explanat. Accitoq; ad contiuuum Vlyss-
e, eitharam iubet pulsare Demodocum, qui cum de
Dureo equo, & de Troico cantaret excidio, lachry-
mas Vlyssi memoria fortunæ superioris elicuit. Quas
cū occultare sedulo conaretur, aut vultu dissimulans,
aut veste detergens, oculos in se omnium & maxi-

n 4 me

me regis aduertit. Tum Alcinous causa fletuum cognita ut cuncta ex ordine tolerata differeret, benigne omnia pollicitus adhortatur.

Periocha i x. Odysseæ.
Tum uice sermonis fatur Laertius heros.

Quatuor istinc libri de Vlyssis errore contexti sunt. Nanque ab Alcinoo rogatus seriem multiplicis erroris exponit, ut ab Ilio profectus, primum ad Ciconas delatus sit, atq; illuc expugnata Iismaro ciuitate multis amissis fugatus abscesserit: vtq; inde Maleam Laconiæ promontorium circumegerit, ac dein ad Lotophagos venerit, mox ad Cyclopum insulam, quæ Lotophagis adiacet, cum vna nau processerit, eaqué sedulo occultata ipse cum x i i. sociis in antrum Polypheui penetrauerit, qui cruentis dapibus expletus, quas cæde sociorum eius instruxerat, vino etiam quod Vlysses ingefferat temulentus, cum in somnum procubuisse, ab Vlysse cæcatus, poenas immunitatis exoluit.

Periocha x. Odysseæ.
Aeolian uentorum agimus patriamq; domumq;.

Hinc refert Aeolian se fuisse peruectum, donisque donatum ab Aeolo rege ventorum, qui omnibus comiter præbitis quod securior nauigaret, ventos etiā dederit utrè conclusos, vtque cum iam Ithacæ propinquaret, refusus sit in soporem, sociique eius opes aliquas in Lora inesse existimantes, dormiente ipso vincula dissoluerint, aduersisque flatibus ab ipsa patria iam sint relati. Inde ut Antiphate Læstrygonasq; delatus sit. Ibi amissis vna minus cæteris nauibus Circum litus accesserit, ibique beneficio potentis

dæ

dæ Eurylochus & præmissi cum eo socii in ferarum ora cōuersi sint. Ipse etiam similia passurus, Mercurio procurante vitauerit, cæterosq; socios ad speciem pri stanam redigi virtutis admiratione compulerit.

Periocha x i. Odysseæ.
At postquam uentum ad naues & littora ponit.

Digressus à Circe Auernum peruenit, qui locus de scensus ad manes existimatur. Ibi sacris ritè perfectis, scrobum compleat sanguine victimarum, & circum volitantibus animabus nullam sinit haustum cruoris attingere, nisi vt Circe monuerat, prius Tiresias vates inde libasset. Ibi & heroidas plurimas videt. Quarum enumerationem multa veterum fabularū venustate contexit.

Periocha x i i. Odysseæ.
Iamq; adeo Oceanu liquidos pede liquebat amnes.

Compertis à Tiresia vate quæ oportuit scire, re greditur ad Circen, ab eaqué ut evitet mala cætera edocetur: vt Sirenas prætereat, letalem nauigantium cantilenam; vt Scyllam præteruehatur, & Charibdim freti Siculi famosa portenta. Quibus malis non sine graui perpessione superatis, Trinacriam peruehit, vbi incustodita Solis armamenta frustra prohibente ipso, cæteri socii penuria cogente dilaniant, dirisque prodigiis admissa boum cæde terrentur: ac mox inde nauigantes, fulmine ad vnum omnes intereunt, excepto Vlysse, qui fragmento carinæ cohærens, & adminiculo eius adiutus, ad Ogygiam insulam solus enauit.

Periocha x i i i. Odysseæ.
Conticuere omnes intentiæ orâ tenebant.

n 5 Enar

Enarratis omnibus, quæ in multipli errore pertulerat, à principibus Phœaciæ viris donis plurimis honoratur: à quibus remigio & necessariis omnibus natis instruitur, dormiensq; in Ithacam quietissima navigatione deuehitur. Atq; illuc in portu patrio cum innumeribus vniuersis quiescens & omnium ignarus exponitur, Phœaciis eo dormiente remeantibus.

Periocha x i i i. Odysseæ.

Egreditur portu tenuis quo semita dicit.

*experie-
tus

Somno * expurgiscitus Vlysses, portum & littus patriæ non sine animi consternatione cognoscit, admiraturq; vt aduectus, vt expositus, vt relictus sit, vt cuncta nesciret. Requirit vniuersa donorum: quæ postquam incolumia videt, quām potest tutissimè occultat, consiliisque à Minerua confirmatus, ad seruum suum Eumeum subulatum simulatus accedit, naufragi & mendicantis imitatu. Interrogatus deinde quis esset, ait se esse Cresium, in Aegyptum nauigantem Troiam fuisse delatum, Eumeum etiam cum affectione moestissima pergens, & cogente denique vespere & imbre continuo sagulo amicitur, atque ibidem multa secum voluens tandem concedit quieti.

Periocha x v. Odysseæ.

It Lacedemonias arcis Tritonia Pallas.

Telemachus à Minerua per somnium commoneatur, domum ut rediret, maturoque digressus cubili, à Menelao veniam reversionis exorat: qua cōmpter impetrata, regreditur ad nauem in portu Pylio manentem. Pisistratoq; ad urbem atq; ad patriam emissò,

ipse

ipse properè soluit è littore, comite nauigationis asfumpto. Theoclymeno vate Argiuo, uno ex iis quos Melampus Amythaonis erudituit. Viratisq; insidiatoribus procis aduehitur in patriam, & sociis quidem portum petere iussis, ipse * aduerso itinere ad agrum, * diuerso Eumeumq; proficiscitur.

Periocha x vi. Odysseæ.

Commune Eumeus mapale & diuus Vlysses.

Telemachus Eumeum nuntium redditus mittit ad matrem: ipse Minerua ita volente patrem cognoscit, & cum eo deinceps agenda disponit. Penelope autem cognito reditu filii in conuentum procorum, qua revercūda sinebat, egreditur: increpatisq; insidiatoribus filii, non minus irata quām moesta discedit.

Periocha x vii. Odysseæ.

Iam caelum roseis rutilat Tritonia bigis.

Telemachus anxiæ matri ordinem peregrinationis enarrat. Vlysses ad oppidum Eumæo opitulante perducitur. Domum, in qua proci epulabantur, ingressus, emendicat cibos miserabiliter ambiendo. Inde ab Antinoo iniuriosè afficitur. Cui Penelope diras ob inhumanum facinus imprecatur: à qua missus Eumeus est ut hospes (sic enim se ferebat) ad eam prouocaretur. Quod tum quidem inuitatus gratiam facit. Sed venturum sese ad vesperam pollicetur.

Periocha x viii. Odysseæ.

Irus adest populi per mendicabula notus.

Mendicante intra proprios lares Vlysse, alius quoque pari egestate Irus accessit popularis Ithaceius, stipes in triuīs solitus rogare. Iurgium ergo inopie cōmuniæ emulatione conseruit, quod ex verbis processit

cessit ad manus , hortantibus procis quō magis rixa crudelceret, propositoq; prēmio caprini ventris omēto. Viētor igitur Vlysses seminecem Irum extra ianuā proiūcit ridicula adhortatione compellans. Penelope etiam munera sibi à procis pro opibus cuiusq; conferri singulorum studia experiens depositit, quæ matre vtpote à cupientibus offeruntur.

Periocha x i x. Odyssæ.

At parte interiore domus secretus Vlysses.

Vlysses cum Telemacho arma omnia de medio amoliuntur , procis perniciem comparantes , nequid aut munimenti, aut teli relinquatur, qui vel caverem, vel inferre possent. Ad Penelopē inde accitu ipsius pergit, ibiq; vt Eumæo dixerat, Creten sem se esse mentitur, Vlyssemq; apud se hospitio diuersatum cōminiscitur. Mox cūm Euryclia eius nutrix hospitalis officii causa pedes eius elueret, tactu manus animaduertit cicatricem, quam habebat ex vulnere in Parnaso quondam suis dente percussum. Quo argumento alumnum suum esse agnoscit. Sed ab eodem , nequid vtrā vel quærat, vel garriat, coērcetur.

Periocha x x. Odyssæ.

Iamq; Procos genua amplectens orabat Vlysses.

Epulantibus procis Eresippus in Vlyssem crus bulbulum iacit, sed destinatione nō potitur. Theoclymenus autem apud Ithacēs diuinationis^{*expertæ} imminens procis vaticinatur exitium. Quorum multa cauillatione derisus , mensa & domo tanquam furiosus excluditur.

Periocha

Periocha x x i. Odyssæ.

Hic mentem dedit Icarie Tritonia Pallas.

Vlysses Eumæo & Philætio fidei eorum industriaeq; confisus qui sit reuelat. Et postquam facta cognitio est, cædem procorū pro tempore instrui placet. Quos Vlysses astu aggreditur , vt ipsum quoque intenden- do arcum vires seniles explorare patiantur, quem vni quondam Vlyssi facilem, si quis intenderet, habitu- rus esset præmium, ius Penelopes nuptiarum. Sed pro- hibentibus procis ne id ridiculus & mendicus aude- ret, quod frustrā iuuentus tam lecta tentasset, dat Te- lemachus Vlyssi cæteris abnuentibus experiendi po- testatem. Et hinc nascitur admiratio prima virtutis, dedecore suo cæteris erubescitibus, quorum igna- uiam senex & mendicus arguerit.

Periocha x x i. Odyssæ.

Squalentes humeris habitus reiecit Vlysses.

Vlysses loco vltiore capto intendit arcum , om- nibusq; foribus occlusis, nequa pateret effugium, ple- rosq; vino saucios, aut nouitate rei stupidos, aut quid- libet aliud meditantes conficit. Cūm primum omniū confixisset Antinoum , qui audacia & petulantia cæ- teros superauerat , Eumæus & Telemachus & Philæ- tius sumptis & ipsi armis egregia in consernatōs cæ- de grassantur. Iamq; omnibus interemptis, duobus tantum modo parcitur, Phœmio citharoedo, qui mi- nisterii causa adhibitus, nihilominus in Vlyssis domo quod contumeliosum esset, ediderat, & Medonti, vni cuius modestiæ etiam Telemachus suffragabatur, & qui cum Telemacho erant. Melanthium famulorum Vlyssis vnum, qui procorum proteruiam semper ar- mauerat

mauerat, cruciabiliter occidūt. Puellas inde xii. quæ cum procis flagitiōsè consueuerant, suspendio perimunt. Vlysses cæde ad plenum perpetrata, ignem adolet, incensoque sulphure domum piaculo purgat.

Periocha xxiii. Odysseæ.

Chalcidicum gressu nutrit superabat anili.

*coetum

Erychia nutritæ gestæ rei nuntia Penelopen de somno excitat. Quæ aduenientem ad se maritum non temere ipsum esse persuadet, quadam cubiculi lege, & genialis lectuli positu sibi tantum & Vlyssi cognito, an ipse sit maritus, explorat. In coitum deinde conueniunt, totamq; noctem mutuo sermone consumunt. Et hinc quidem elegas replicatio laborū, quos Vlysses pertulit, mira concinnatione colligitur.

Periocha xxiv. Odysseæ.

Tartaream uocat in sedem Cyllenius umbras.

Procorum animas recenti & communi cæde coniugetas cateruatim Mercurius ad inferna compellit. Tunc circa Agamenonem manes heroici congregantur. Miratiq; lectorum iuuenum cum grege desitatem vno agmine commeante, causas itinerantis accipiunt. Tum apud inferos quoque virtus Vlyssis & Penelopes pudicitia prædicantur, ab Agamemnone præ ceteris, cui dispar fuerat in utraque fortuna Vlysses ad Laertem patrem in agrum profectus inopinato & reditu & rerum gestarum relatu affecit senem, afficitur ab eo cognitis quas exantlasset

ærum

ærumnis. Sabinde & patres procorum necesse iuuenum properant vltum ire, consilioque & vi communicationis ante expectatum agro superueniunt. Sed eos iam comitatior Vlysses fundit, fugatque. Verum gliscentibus odiis, & maiore seditione aut tumultu spectato, ex sententia Louis in Ithacam Minerua descendit, & conciliata vtrinque pace, studia & motus partium rerum gestarum absolutorum componit.

*

PERIODICA

LECTORI.

Quæ mox sequuntur, optime lector, ea
sunt ipsius Ausonii opuscula varia,
quæ hactenus delituerant: nunc verò
illa seorsim, ut quanto auctario in hac
editione te donamus, statim intelli-
gas, typis expressa proferimus. Fruere.

8

G V I L I E L M O D E L A B A R G E
Ecclesiae Lugdunensis
Comiti.

Hac tenuis Ausoni⁹ melior pars clausa tenebris
Eruta nunc primum cernere cuiq; datur.
Conquisita diu tanti monumenta poēta,
Præbuit optantum musa terenda manu:
Sed decus hoc meruit comprimis Bargeus Heros,
Quo sine, Castalidum deperijset opus.
Is tibi pro tanto (Lector) nil munere poscit,
Gratus ad ista legens, gratia maior erit.

San Marcellus Comes faciebat.

Idem.

Qui legis Ausoni⁹ tantum fragmenta poēta,
Complemeta dedit Bargeus, ipsa legis.
Sicut ibi qui placuit mutilatus parte, placebit
Integer, aut toto pars sua maior erit.

Liber Lectori.

In Latinum fuerat quondam delapsa parentis
Ausoni⁹, vatem Musa secuta suum.
Ut pergit rātes, cithara numeriq; relicta,
Optauit quoties Musa liberq; mori.
Scallidus oblitus, latitq; incognita Nympha:
Et queritur patrio raptus riterq; solo.
Non tulit hoc pietas Charpini candida: (Lector)
Incolument voluit me superesse patri.
Charpino laus est citharam genuumq; poēta,
Et Musam patria restituisse sue.
Nunc memori officij veteres hand passa lituras
Sedula pro meritis me tibi Musa dedit.
Burdigala Ausonio insignis, Vassata superba est:
Hec tulit, illa aluit, Roma potens rapuit.

M. Martius Burdigalensis
faciebat.

221

D. Magni Ausonii poēmata

R E L I Q V A , Q V A E N V N C

P R I M V M E V V L

G A N T V R

*

Ausonius Lectori suo S. D.

Ausonius genitor nobis. Ego nomine eodem

Qui sim, quae secta, stirpe, lare, & patria:

Adscripsi, ut nosses, bone vir quicunq; fuisse,

Et notum memori me coleres animo.

Vassates patria est patri, gens Hedua matri.

De patre Tarbellus, sed genitrix ab Aquis.

Ipse ego Burdigale genitus: diuisa per urbes

Quattuor antiquas stirpis origo mee.

Hinc late fusa est cognatio, nomina multis

Ex nostra, ut placitum, ducta domo ueniant

Deriuata alijs: nobis ab stemmate primo

Et non cognati, sed genitius placent.

Sed redeo ad seriem. Genitor studuit medicinæ,

Disciplin. rum que dedit una Deum.

Nos ad Grammaticen studium conuertimus, & mox

Rhetorices etiam quod satis, attigimus.

Nec fora non celebrata mihi, sed cura docendi

Cultior, & nomen Grammatici merui.

Non tam grande quidem, quo gloria nostra subiret

Aemulum aut Scaurum, Berytumq; Probum:

Sed quo nostrates, Aquitanaq; nomina multos

o 2

Coll

Conlatus & non subditus afficerent.
 Exactisq; debine per tria decennia factis,
 Adserui doctor municipalem operam.
 Aurea & Augusti Palatia iussus adire;
 Augustam sobolem Grammaticus docui.
 Mox etiam Rhetor. nec enim fiducia nobis
 Vana, aut non solidi gloria iudicij.
 Cedo tamen fuerint fama potiore magistri,
 Dum nulli fuerit discipulus melior,
 Alcides Atlantis, & Aeacides Chironis,
 Pene Ioue iste satus, filius ille Iouis,
 TheSaliam, Thebasq; suos habuere penates:
 At meus hic toto regnat in orbe suo.
 Cuius ego Comes & Questor, & culmen honorum
 Prefectus Gallis, & Libye, & Latio:
 Et prior indeptus fasces, latiamq; curulem,
 Consul, collega posteriore fui.
 Syagrio suo Ausonius.
 Hic ego Ausonius, sed tu ne temne, quod ultrò
 Patronum nostris te paro carminibus.
 Pectoris ut nostri sedem colis alme Syagri,
 Communemq; habitas alter ego Ausonium:
 Sic etiam nostro prefatus habebere libro,
 Differat ut nihilo, sit tuus an ne meus.

D. Magni Ausonii Ephemeris,
 ID EST TOTIVS DIEI
 NEGOTIVM.

Mane iam clarum referat fenestras, Sir Persius. In claris manu flent preceps
 Iam strepit nidis uigilax hirundo: intrat et Augustas ostendit lumen rima
 Tu uelut primam medianq; noctem
 Parmeno dormis.
 Dormiunt glires hiemem perennem,
 Sed cibo parcunt: tibi causa somni,
 Multa, quod potas, nimiaq; tendis
 Mole saginam.
 Inde nec flexas sonus intrat aures,
 Et locum mentis sopor altus urget,
 Nec coruscantis oculos lace sunt
 Fulgura lucis. Endimiori a Luna adamato.
 Annui quondam iuueni quietem,
 Noctis & lucis uicibus manentem,
 Fabule fingunt, cui Luna somnos
 Continuarit.
 Surge nugator, lacerande uirgis,
 Surge, ne longus tibi somnus, unde Ex Horat. lib. 3. Car. II. ~Si Hymen
 ad Lyram manuq; legat fel, et illi
 Non times, detur. rape membra molli acies rotulæ fel sandæ immissæ iste
 Parmeno lecto.
 Fors & hac somnum tibi cantilenæ cunde, Noz times detur; probra et
 Sapphico suadet modulata uersu. selestas Talle fors.
 Lesbij depelle modulum quietis modu quieti. f
 Acer lambe.

Item Parecbasis.

Puer, eia surge, & calceos,
Et linteum da sindonem.
Da quidquid est amictui.
Quod iam parasti ut prodeam.
Da rore fontano ablueam
Manus, & os, & lumina.
Pateatq; fac sacrarium,
Nullo paratu extrinsecus:
Pia uerba, uota innoxia,
Rei diuine copia est.
Nec ithus cremandum postulo, ^{+ 187. & fragmatis] gen filii}
Nec liba crusti mellei: ^{Bridg. et cibul. Sit uenies}
Foculumq; uiui cespitis ^{Liba et Moysoyo Dabita mellea fuit.}
Vanis relinquo altariibus.
Deus precandus est mihi,
Ac filius summi Dei,
Maiestas uniusmodi,
Sociata sacro spiritui.
Et ecce iam uota ordior,
Et cogitatio numinis
Præsentiam sentit pauens.

Precatio matutina ad omnipo-
tentem Deum.

Omnipotens solo mentis mihi cognite cultu,
Ignorate malis, & nulli ignote piorum,
Principio extremoq; carens, antiquior euo
Quod fuit aut ueniet, cuius formamq; modumq;
Nec mens complecti poterit, nec lingua profari:
Cernere quem solus, coramq; audire iubentem
Eas habet, & patriam propter confidere dextram

Ipse

*ipse

Ipse opifex rerum, rebus causa* ipse creandis.

Ipse dei uerbum, uerbum Deus anticipator

Mundi, quem facturus erat: generatus in illo

Tempore, quo tempus nondum fuit: editus ante

Quam iubar, & rutilus celum illustraret eous: ^{Ab Eoo temp. Octavo Sol}

Quo sine nil actum, per quem facta omnia, cuius manu operis, hinc long

In celo solium: cui subdita terra sedenti ^{pro foli ipso hoc loco posuit}

Et mare, & obscuræ chaos insuperabile noctis,

Irrequies, cuncta ipse mouens, uegetator inertum.

Non genito genitore deus, qui fraude superbi

Offensus populi, gentes in regna uocauit,

Stirpis adoptiue meliore propage colendus.

Cernere quem licuit proavis, quo numine uiso,

Et patrem uidisse datum, contagia nostra

Qui tulit, & diri passus ludibria leti

Esse iter aeternæ docuit remeabilis uitæ:

Nec solam remeare animam, sed corpore toto

Cælestes intrare plagas, & inane sepulchri

Arcanum uacuis adopertum linquere terris:

Nate patris summi, nostroq; salutifer euo,

Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes,

Nil ex inuidia reuinens, plenusq; datorum,

Pande uiam precibus, patriaq; hec perfer ad aures.

Da pater inuidam contra omnia crimina mentem:

Vipereumq; nefas nocituri auerte ueneni:

Sit satis antiquam serpens quod * prodidit Euam,

Decepitumq; adiunxit Adam: nos sera nepotum

Semina, ueridictis * etas prædicta prophetis,

Vitemus laqueos, quos leuiser implicat anguis.

Pande uiam, que me post uincula corporis ægri

In sublime ferat, puri qua lactea celi

o 4

Sem

*perdidit

*olim

*lumina Semita uentoſe ſuperat uaga *nubila lun.e:
Quà proceres abiere pijs, quaq; integer olim.
*aēra Raptus, quadrijugo penetrat ſuper *athera curru
Helias, & ſolido cum corpoſe preeuius Enoch.
*ſpiratam Da pater æterni *ſperatam lumenis auram,
Si lapides non iuro deos, unumq; uerendi
Sufſcienti altare ſacrificabit ainq; uitiae
Intemerata ferō: ſi te dominiq; deiq;
Vnigenē cognofco patrem, mixtumq; duobus,
Qui ſuper æquoreas uolitabat ſpiritū undas.
*cruciataq; Da genitor ueniam, *crudataq; pectora purga:
Si te non pecudum fibris, non ſanguine fuſo
Quero, nec arcanis numen coniecto ſub extis.
Si ſcelere abſtineo errori ipſe obnoxius, & ſi
Opto magis quam fido bonus purusq; probari:
Confeffam dignare animam, ſi membra caduca
Execror, & tacitum ſi poenitet, altaq; ſenſus
Formido excruciat, tormentaq; ſera Gehenna,
Anticipat, patiturq; ſuos mens fauia manes:
Da pater hec noſtro fieri rata uota precatu.
Nil metuam, cupiamq; nihil, ſatis hoc rear eſſe
Quod ſatis eſt, nil turpe uelim, nec cauſa pudoris
Sim mihi, nec faciam cuiquam que tempore eodem
Nolim facta mihi, nec uero crime ledaſ,
Nec maculer dubio: paulum diſtare uideſtur
*mala Suspectus uereq; reu: *male poſſe facultas.
Nulla fit, & bene poſſe adſit tranquilla potestas.
Sim tenui uictu atq; habitu, ſim charus amicis,
Et ſemper genitor, ſine uulnere nominis huius.
Non animo doleam, non corpoře: cuncti quietis
Fungantur membra officijs, nec fauici uilliſ

EPHEMERIS.

Partibus amissum quicquam desideret usus.
Pace fruar securus agam, miracula terra
Nulla putem: ^{suprema} nūhi cūm uenerit hora Mart. Sumu m̄t cunctas
Nec timeat mortem bene consīa uita, nec optet. ^{Si d.} m̄t optet.
Purus ab occultis cum te indulgentē uidebor, Iuuenal. Quis m̄r diligenter
Omnia despiciam: fuerit cūm sola *uoluptas nīsī rētribu, *uoluntas
Iudicium sperare tuum: quod dum sua differt Et rūi ferunt ^{Et} fūndit ornatio
Tempora, cunctaturq; dies, procul exige sāuum ^{animus,} Ep̄p̄z tardis.
Insidiatorem blandis erroribus anguem.
Hec pia, sed mōsto trepidantia uota reatu
* Christe apud eternum placabilis affere patrem,
Saluator, deus, ac dominus, mens, gloria, uerbum,
Filius, * Et uero uerum de lumine lumen,
Aeterno cum patre manens, in secula regnans.
* Confona quem celebrat modulato carmine plebes,
Et responsuris ferit aera uocibus, Amen.

Satis precum datum Deo,
Quamuis satis nunquam rei
Fiat precatu numinis.
Habitum forensem da puer:
Dicendum amicis est, aue,
Valeq; quod sit mutuum,
Quod cum per horas quattu
Inclinet ad meridiem,
Monendus est iam Sofias.

Locus in uitationis.
Tempus uo candis nang; amicis appetit,
Ne nos uel illis demoremur prandium:
Properè per ædes curre uicinas puer:

o 5 Scis

AVSONII

Scis ipse, qui sunt: iamq; dum loquor, redi.
Quinque aduocati: sex enim conuiuum
Cum rege iustum: si super, conuitum est.
Abiit. relikti nos sumus cum Sofia.

Locus ordinandi quoqui.

Sofia, prandendum est: quartam iam totus in horam
Sol calet, ad quintam flectitur umbra notam.
An uegeto madeant condita obsonia gustu,
(Fallere namq; solent) experiundo probat.
Concute feruentes palmis uoluentibus ollas:
Tinge celer digitos iure calente tuos:
Vibranti lambat quos humida lingua recursus.

Desunt nonnulla.

Quadrupedum et uolucrum uel cum terrena marinis
Monstra admiscentur, donec purgantibus Euris
Difflate liquidum tenuentur in aera nubes.
Nunc fora, nunc lites, lati modò pompa theatri
Visitur, et turmas equitum, cedesq; latronum
Perpetior: lacerat nostros sera belua uultus,
Aut in sanguinea gladio grassamur arena,
Per mare nauifragi gradior pedes, et freta cursie
Transfilio, et subitis uolito super aera pennis.
Infandas etiam ueneres, incestaq; noctis
Dedecora, et tragicos patimur per somnia coctus.
Perfugium tamen est, quotiens portenta soporum
Soluta rupta pudore quies, et imagine fixa
Libera mens uigilat, totum bene conscientia lectum
Pertractat secura manus, probrofa recedit
Culpa tori, et profigi munus: quum crimina somni
Cerno, triumphantes inter me plaudere: rursum

Inter

EPHEMERIS.

Inter captiuos trahor exarmatus Alanos:
Templa Deum, sanctasq; fores, palatiasq; aurea
Specto, et Sarrano uideo discubere in ostro,
Et mox sumosis coniuua accumbo popinis.
Divinum perhibent uatem sub frondibus ulmi
Vana ignauorum simulachra locasse soporum,
Et geminas numero portas: que fornicet eburno
Semper fallaces glomerat super aera formas.
Altera que ueros emittit cornea uifus.
Quod si de dubijs conceditur optio nobis,
Deesse fidem letis melius quam uana timeri.
Ecce ego iam mallim falli: nam dum modò semper
Tristia uanescant, potius caruisse fruendis
Quam trepidare malis. satis est bene, si metus absit.
Sunt et qui fletus et gaudia controuerorum
Coniecent, uarioq; trahant euenta relatu.
Ite per obliquos cœli mala somnia mundos,
Inquieta uagi qua difflant nubila nimbi:
Lunares habitate polos: quid nostra subitis
Limina, et angusti tenebrosa cubilia tec*ti*?
Me finite ignauas placidum traducere noctes,
Dum redeat roseo mihi Lucifer aureus ortu.
Quod si me nullis uexatum nocte figuris
Mollis tranquillo permulserit aere somnus,
Hunc lucum nostro uiridis qui frondet in agro
Ulimeus, excubis habitandum dedico uestris.

Precatio Consulis Aufonii designati prid.

Kal. Ianuarii, fascibus
sumptis.

Iane ueni nouus, amne ueni, renouate ueni sol,
Consulis Aufonij Latiam uis scire curulem*s*

Et

Et quid, ab augusta num maiestate secundum
 Quod mireris habes? Roma illa, domusq; Quirini,
 Et toga purpurei rutilans pretexta Senati,
 Hoc capite eternis signat sua tempora fastis.
 Anne bonis coepte aufficijs, da Vere salubri
 Apricas uentorum animas, da roscida cancro
 Solstitia, & gelidum Boream Septembribus horis:
 Mordeat Autumnas frigus subtile pruinias,
 Et tenuata modis cesseret mediocribus Aestas.
 Sementem notus humifacet, fit bruma niualis,
 Dum pater antiqui renouatur Martius anni.
 Spiret odorato florum noua gratia Maio:
 Iulius & segetes quoquat, & mare temperet Euris,
 Sirius ardente non augeat igne Leonem,
 Discolor arboreos uariet Pomona sapore:
 Mitiget Autumnus quod maturauerit Aestas,
 Et genialis hiems parta sibi dote fruatur.
 Pacem mundus agat, nec turbida sidera regnent.
 Nulla tuos Gradus offendat stella penates:
 Que non equa tibi non Cynthia, non celer arcus
 Finitimus terris: non tu Saturne supremo
 Ultimo circuitu, procul à pyroente remotus
 Tranquillum properabis iter. Vos communius ite
 Stella salutigeri Louis, & Cythereie Vesper.
 Non nunquam hostibus facilis Cyllenius adsit.
 Iane ueni nouus, anne ueni, renouate ueni sol:
 Hostibus edomitis qua Francia mixta Suevis,
 Certat ad obsequium latijs ut militet armis:
 Qua uaga Sauromates sibi iunxerat agmina* Cunis,
 Quaq; Getis socijs Histrum adulterabat Alanis.
 Hoc mihi prepetibus uictoria munitat alis.

*Cunis

Iam

Iam uenit Augustus, nostros ut comat honores
 Officio exornans, quos participare cupisset.
 Iane ueni nouus, anne ueni, renouate ueni sol.
 Aurea uenturo sol porrige gaudia Iano.
 Fasibus Ausonij succedit Ceser in annum,
 Quintam Romulei praetextam habiturus honoris.
 Ecce ubi se cumulat mea purpura mitibus audi
 Auribus hoc Nemesis) post me dignatur oriri
 Augustus consul: plus quam conferre uidetur
 Me sibi, qui iussit nostros praecedere fasces.
 Iane ueni nouus, anne ueni, renouate ueni sol.
 Coge secuturos bis sena per ostia menses,
 Tu tropicum solis da cedere ruris & illum
 Terga dare, ut duplex tropico uarietur ab astro,
 Et quater ac ternis properet uindemia signis
 Aestiuos impelle dies, brumamq; morantem
 Noctibus adceleret promissus Cesaris annus.
 Illum ego si cernam, tum terq; quaterq; beatus,
 Tunc ero bis Consul, tunc tangam uertice calum.

Item Precatio Kal. Ianuarii.
 Anne bonis coepte aufficijs, felicia cernis
 Consulis Ausonij primordia: prome coruscum
 Sol externe caput, solitoq; inlustrior almo
 Lumine, purpureum iubar exere lucis eo.e.
 Anne pater rerum, quas Iani mense bisfontis
 Voluis in hibernum glaciali fine Decembrem,
 Solennes peruade vias, bissen. q; mundo
 Curricula, & equitis uarians per tempora signis.
 Præcipitem eterna perfer uertigine cursum.
 Anne ueni, & festum ueteris nouus aspice Iani:
 Sic prono raptore polo, contraria Phœbus

Et

Et momenta ferat seruata parte dierum,
Et nouus hiberno reparet sua lumina pulsus.
Menstruater decies redeunt dum cornua Lune:
Exortus, obitusque, manu uolente notabis
Legitimum Phœbi cohibus per signa meatum.



D. Magni Ausonii Burdigalensis PARENTALIA.

*

Præfatio.

Sc i o versiculis meis eueniare, vt fastidiosè legatur: quippe sic meritū est eorū. Sed quosdā solet cōmenda re materia, & aliquoties fortasse lectorē solū lemma sollicitat tituli, vt festiuitate persuasus, & ineptiā ferre contentus sit. Hoc opusculum nec materia amoenū est, nec appellatione iucundum. Habet moestam religionem, qua charorum meorū obitus, tristi affectio- ne cōmemoro. Titulus libelli est, Parentalia, antiquæ appellationis hic dies, & iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus: nec quicquam sanctius habet reverentia superstítum, quam vt amissos venerabili- ter recordetur.

Item præfatio uersibus adnotata.

Nomina charorum iam condita funere iusto,
Fleta prius lachrymis, nunc memorabo modis.
Nuda, sine ornatu, fandi, carentia cultu:
Sufficit inferijs exequialis honos.
Nemis funereis satis officiosa querellis,

Ann.

Annua ne tacitus munera præterea, + tacitu, et tacite, aut saltu ^{et} tem ^{facita}.
Quæ Numa cognatis sollemnia dedicat umbris,
Ut gradus aut mortis postulat, aut generis.
Hoc satis et tumulis, satis et telluris egenis:
Voce ciere animas, funeris instar habet.
Gaudent compositi cineres sua nomina dici:
Frontibus hoc scriptis et monumenta iubent.
Ille etiam moestus cui defuit urna sepulchri,
Nomine ter dicto pene sepultus erit.
At tu quicunque lector, qui fata meorum
Dignaris moestis commemorare elegis,
Inconcessatae percurras tempora uitæ,
Et præter iustum funera nulla fleas.

Iulius Ausonius Pater. 2 De hoc vide quinta syr. Tabl. 3.

Primus in his pater Ausonius, quem ponere primum
Et si cunctetur filius, ordo iubet:
Cura Dei, placide functus quod honore senecte
Vnde binas uixit Olympiadæ.
Omnia que uoluit, qui prospera uidit, et idem
Optauit quicquid, contigit ut uoluit.
Non quia fatorum nimia indulgentia, sed quod ^{Coffinum.}
Tam moderata illi uota fuere uiro.
Quem sua contendit septem sapientibus ætas, ^{Cifendere, p. copere & coparare.}
Quorum doctrinam moribus excoluit,
Viueret ut potius quam diceret arte sophorum.
Quanquam et facundo non rudiis ingenio
Præditus, et uitas hominum ratione medendi ^{Porrigeret, & extulerit & producet.}
Inde et perfunctæ manet hæc reverentia uite, f. ^{Vnde.} cœrimius.
Actas nostra illi quod dedit hunc titulum:

Vt

Ad perpendicularum aliquem habere.

226 AVSONII PARENTALIA

Fors Tortuna.

Tu nouies denos uitam quum duxeris annos,

Expertus fortis tela cauenda De.e,

Amissum fletu post trina decennia natum

Saucius extincto lumine cassus eras.

Dicebas sed te solatia longa fovere,

Quod mea precipuus fata mazeret honos,

Et modo concilijs animarum mixta priorum f. pietatis.

Fata tui certe nota nepotis habes. Quid Augiſtū mānus
Sentis quod Quæſtor, quod te Prefectus, et idem pietatis

Consul, honorifico munere commemorem.

Aemilia Corintha Maura ania. 6

Aemiliam nunc fare tuum-pia cura nepotis,

Coniux prædicto que fuit Arborio.

Nomen huic ioculare datum, cute fusca quod olim.

Aequales inter Maura uocata fuit:

Sed non atra animo, qui clarior esset olore,

Et non calcata qui nube candidior,

Hec non delicijs ignoscere prompta pudendis,

Ad perpendicularum sequi suosq; habuit.

Hec me præceptum cunis et ab ubere matris,

Blanda sub austoris umbuit imperijs.

Tranquillos auiae cineres prestate quieti,

Aeternum, Manes, si pia uerba loquor. Pinus bona rura
autem aqua portis mortuis puerula.

Aemilia Hilaria, mater tera, virgo

deuota. 7

Tuq; gradu generis mater tera, sed uice matris,

Affectu nati commemoranda pio.

Aemilia in cunis, Hilari cognomen adeptæ,

Quod lacta, et pueri comis ad effigiem.

Reddebas uerum non dissimulanter Ephebum,

More

PARENTALIA. V A

227

More uirum, medicis artibus experiens.

Feminei sexus odium tibi semper, et inde

Crevit deuote uirginitatis amor.

Que tibi septenos nouies est culta per annos,

Quiq; aui finis, ipse pudicitie.

Hec quia uti mater monitis et amore fouebas,

Supremis reddo filius exequijs.

Cl. Contentus, & Iulius Callipio,
patrii. 8

Et patruos Elegia meos reminiscere cantu,

Contentum tellus quem Rutupina tegit:

Magna cui et uarie quæsita pecunia fortis,

Hæredis nullo nomine tuta perit.

Raptus enim latiſ et adhuc florentibus annis

Trans mare, et ignaris fratribus oppetiſ.

Iulius in longam produxit fata senectam,

Affectus danni innumerabilibus.

Qui comis, blandusq; et mensa commodus unctus,

Hæredes solo nomine nos habuit.

Ambo pī, uultu similes, ioca seria mixti:

Aeuī fortunam non habuere parem.

Discreti quanquam tumulti, et honore iacetis,

Commune hoc uerbi munus habete. Vale.

Attusius Lucanus Talisius sacer. 9

Qui proceres, ueteremq; uolet celebrare Senatum,

Claraq; ab exortu stemmati Burdigalæ:

Teq; tuumq; genus memoret, Lucane Talisi,

Moribus ornasti qui ueteres proauos.

Pulcher honore oris, tranquillo pectore comis,

Facundo ciuis maior ab ingenio.

p 2

Vet

Venatus, & ruris cultu, uictusq; nitore,
 Omne eum peragens, publica deficiens:
 Nosci inter primos cupiens, prior esse recusans.
 Ipse tuo uiuens segregus arbitrio:
 Optabas tu me generum florente iuuenta
 Optare haud tantum, non ex habere datum.
 Vota probant superi, meritisq; fauentia sanctis
 Implet fata, uiri quod uoluere boni.
 Et nunc perpetui sentis sub honore sepulchri,
 Quam reuerens natæ, quamq; tui maneam.
 Cælebs nang; gener nunc hæc pia munera soluo.
 Nam & cælebs nunquam desinet esse gener.

Attus Lucana Sabina uxor. 10

Hactenus ut cœlos, ita iusto funere fletos
 Functa pijs cecinit nenia nostra modis.
 Nunc dolor atq; truces, nec correctabile fulmen,
 Coniugis erexit mors memoranda mihi.
 Nobilis a proavis, & origine clara senatus,
 Moribus usq; bonis clara Sabina magis.
 Te iuuenis primis luxu deceptus in annis, *luzi. f.*
 Perq; nouem cælebs te fleo Olympiadæ.
 Nec licet obductum sentio sopire dolorem: *2. diuturnitas t. 1. 2. 3. et 1. 2. 1. 2.*
 Semper crudescit nam mihi pena recens.
 Admittunt alij solatia temporis egri.
 Hæc grauiora facit uulnera, longa dies.
 Torquèo deceptos ego uita cælibe canos:
 Quoq; magis solus, hoc mage moestus ago.
 Vulnus alit, quod muta domus silet, & thorax alget.
 Quod mala non cuiquam, non bona participo.
 Mæreο, si coniunx alij bona: mæreο contra,

Si

PARENTALIA

Si mala: ad exemplum tu mihi semper ades.
 Tu mihi crux ab utraq; uenis: siue est mala, quod tu
 Disimilis fueris: seu bona, quod similis.
 Non ego opes cassas, & inania gaudia plango:
Hectore prostrato, nec Dis, nec uiribus & quis
Congressus perij Troilus Aeacide
Raptatus bigis, fratri coniungor honori,
Cuius ob exemplum nec mihi poena grauis.

Polydoro.

19

Cede procul tumulo, myrtum fuge nescius hospes:
Telorum seges est sanguine adulta meo.
Confixus iaculis, & ab ipsa cede sepultus,
Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
Scit pius Aeneas, & tu rex impie, quod me
Thracia poena premit, Troiaq; cura tegit.

Eufemo.

20

Eufemum Ciconum ductorem Troia tellus
Condidit hastati Martis ad effigiem.
Nec satis est titulum saxo incidisse sepulchri,
Insuper & frontem mole onerant statuae.
Ocrys ista ruunt que sic cumulata loquuntur,
Maior ubi est cultus, magna ruina subest.

Hip

Hippothoo & Pyleo in horto
Sepulritis.

21

Hippothoum, Pypleumq; tenet gremio infima tellus:
Caulibus, & maluis terga superna uirent.
Nec uexat cineres horti cultura quietos,
Dum parcente manu molle holus excolitur.

Ennomo & Chromioni.

22

Ennomus hic Chromiusq; iacent, queis Myisia regnum,
Quies pater Alcinus, Oceanusq; atavus.
Nobilitas quid tanta iuuat? quo clarius istis
Est genus, hoc mortis conditio grautor.

Priamo.

23

Hic Priami non est tumulus, nec condor in ista
Sede, caput Danai diripuere mcum.
Aet ego cum lacerum sine nomine funus haberem,
Confugi ad cineres Hectoreos genitor.
Ilic est natum, Troianiq; Asiamq; sepultam
Inueni, & nostrum quicquid ubiq; iacet.

Item Priamo.

24

Qui tumulum Priami querit, legat Hectoris ante:
Ille meus, nato quem prius ipse dedi.
Hectoris & patris simul est commune sepulchrum,
Amborum quoniam iuncta ruina fuit.

Hecubæ.

25

Que regina fui, que claro nata Dimante,
Que Priami coniunx, Hectora que genui:
Hic Hecuba innectis perij superobruta saxis,
Sedrabies lingue me tamen ulta prius.

r 4

Fid

Fidite ne regnis, et prole, et stirpe parentum,
Quicunq; hoc nostrum omnia nevò legitis.

Polyxenæ. 26

Troas Achilleo coniuncto Polyxena busto,
Malueram nullo cespite functa tegi.

Non bene discordes tumulos miscetis, Achiu:
Hoc uiolare magis, quam sepelire fuit.

De Niobe in Sypilo monte iuxta
fontem lepulta. 27

Thebarum re gina sui, Sypileia cautes
Quæ modò sum, Ieso numine Latoidum.
Bis septem natis genitrix leta atq; superba:
Tot duxi mater funera, quot genui.

Nec satis hoc diuis: duro circundata saxo,
Amis humani corporis effigiem.
Sed dolor obstrictis quanquam vitalibus heret,
Perpetuasq; rigat fonte pio lachrymas.
Pro facinus! tante ne animis celestibus iræ:
Durat adhuc luctus, matris imago perit.

Didoni. 28

Infelix Dido, nulli bene nupta marito:
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

Iussu Augusti, equo admirabili
Epigramma. 29

Prospheire clamosi spatiofa per æquora Circi
Septenas solitus uictor obire uias:
Improperanter agens primos à carcere cursus,
Fortis pregressis ut poterēris equis.
Promptum et ueloces erat anticipare quadrigas:

Vix

Victores etiam uincere laus potior.

Hunc titulum uani solatia sume sepulchri,

Et gradere Elyios præpes ad alipedes.

Pegasus hinc dexter currat tibi, leuis Aëthon,
Funis et ad quartum det tibi Castor equum.

In hominem uocis absonæ Epigramma. 30

Latratus catulorum, hinnitus fingis equorum,

Caprigenumq; pecus, lanigerosq; greges

Balatu ad simulas: asinos quoq; rudere dicas,

Quamvis Arcadicum fingere turpe pecus.

Gallorum cantus, et ouantes gutture coruos,

Et quicquid uocum belua felis habet.

Omnia cum similes ita uere, ut ficta negentur,
Non potes humane uocis habere sonum.

De Sepulchro uacuo. 31

Me sibi, et uxori, et natis commune sepulchrum
Constituit seras Caurus ad exequias.

Iamq; diu monumenta uacant, sit queso querella,

Longior et ueniat ordine quisq; suo

Nascendi qui lege datur, placidumq; per æuum
Condatur natu qui prior, ille prior.

Diogenes. 32

Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex,
Ista fuit Cynici: sed putat hanc nimiam.

Namq; cauis manibus cernens potare bubulcum,
Cur scyphæ te, dixit, gesto superuacuum?

Item Diogenes. 33

Effigiem rex Crœse tuam ditissime regum

r 5 Vedit

Vidit apud Manes Diogenes Cynicus.
Nil, inquit, tibi. Croese, tuum superest, mihi cuncta.
Nudus eram, sic sum: nil habui, hoc habeo.
Rex ait, haud egui, cum tu mendice carebas
Omnibus, & careo, si modo non egeo.

De Ausilio Grammatico.

*Nec tuus domus
pugnare sed
Ausilio.*

Emendata potest que'nam uox esse magistri,
Nomen qui proprium cum uirio loquitur?
Ausilium te nempe uocas, inscite magister:
Da rectum casum, iam Solecismus eris.



Decii Magni Ausonii Epistles.

Ausonius ad patrem de suscepto filio.

CREDIDERAM nil posse meis affectibus addi,
Quo uenerande pater diligere magis.
Accesbit gratis super his mediumq; neposq;
Bina dedit nostris qui iuga nomibus.
Ipse nepos te fecit auum, mihi filius idem
Et tibi ego, hoc nato nos sumus ambo patres.
Nec iam sola mihi pietas mea suadet amorem,
Nomine te gemini iam genitoris amo.
Accesbit titulus, tua quo reuerentia crescat,
Quo doceam natum quod sit amare patrem.
Quippe tibi æquatus uideor, quia parvulus iste
Nomine honoratum me quoq; nobilitat.

Aig

Atq; ætas quia nostra eadem nam suppatis aut
Sum tibi ego, & possum fratri habere uice.
Nec tantum nostris spatiis interponitur annis,
Quanta solent alios tempora diuidere.

Vidi ego natales fratrum distare tot annis,
Quot nostros æcum nomina non onerant.

Pulchra iumenta tibi: senium sic iungit, ut æcum

Quod prius est, maneat: quod modo, ut incipiat.

Et placuisse reor geminis etatibus, ut se

Non festinato tempore utraq; daret.

Leniter hec flueret, hec non properata ueniret,

Maturam frugem flore manente ferens.

Annos me nescire tuos, pater optime, testor.

Totq; putare meos, quot reor esse tuos.

Nesciat hoc natus, numeret properantior heres

Testamenta magis, quam pia uota fouens:

Exemplq; docens prauo iuuencere natos,

Vt nolint patres se quoq; habere senes.

Verum ego primeuo genitus genitore, fatebor

Supparis hæc æui tempora grata mihi.

Debo, quod natus suadet pia cura nepotis,

Addendum patri quod ueneremur auum.

Tu quoq; mi genitor geminata vocabula gaude,

Nati primeui nomine factus auus.

Exiguum quod auus faueant pia numina diuîm,

Deiq; nepote suo fiat auus proauus.

Largius & poterant producere fata senectam,

Sed rata uota reor, quæ moderata magis.

Ausonius Drepanio filio.

Cui dono lepidum nouum libellum?

Veronensis ait poëta quondam,

Inueni

Inuenioq; dedit statim nepoti.
At nos illepidum rude libellum,
Burras, quisquillas, ineptiasq;
Credemus gremio cuius fouendum
Inueni(trepide silete)nate
Nec doctum minus, & magis benignum,
Quam quem Gallia prebuit Catullo.
Hoc nullus mibi carior meorum,
Quem pluris faciunt nouem Sorores
Quam cunctos alios, Marone dempto.
Pacatum haud dubie poeta dicis:
Ipse est: intrepide uolate uersus,
Et nudum in gremio fouete tuto.
Hic uos diligere, hic uolet tueri:
Ignoscenda teget, probata tradet:
Post hunc iudicium timete nullum.

Vale.

Ausonius Hesperio.

Qualis Picene populator turdus oliue
Clunes opimat cereas,
Vel qui lucentes rapuit de uitibus uuas,
Pendetq; nexus rebibus
Que uespertinis fluitant nebula sub oris,
Vel mane tenta roscido:
Tales hibernis ad te de sepibus ipsoſ
Capi uolentes, miſimus
Bis denos. tot enim crepero sub lucis eoꝝ
Præceps uolatus intulit.
Tum quas uicinæ suggeſſit præda lacune,
Anates maritas iunxitinus

Remip

f. cxi.
Prepanj

Remipedes, lato populantes cœrula roſtro,
Et crure rubras punico
Iricolor uario pinxit quam fpuma colore
Collum columbis emulas.
Defraudata me: non ſunt hoc ferula mense,
Vefcente te fruimur magis.

Vale bene ut ualeam.

Pater ad filium. Quum temporibus tyrannicis ipſe Treueris
remanſiflet, & filius ad patrem profectus eſſet.

Debeo et hanc nostris, fili dulcissime, curis
Historiam, quanquam titulo non digna sereno

Anxia moſtarum fuerit querimonia rerum.

Iam ſuper egelida stagnantiā terga Moſelle

Protulerat te nate rates, moſtiq; parentis

Oſcula, et amplexus diſcreuerat inuidus amnis.

Solus ego, et quamuis coetu celebratus amico,

Solus eram: profugeq; dabam pia uota carine.

Solus adhuc te nate uidens, celeriſq; remulci

Culpabam properos aduerso flumine cursus.

Quis fuit ille dies? non annus longior illo eſt.

Atticaq; indocti collegit cura Medonis.

Desertus uacuis solisq; exerceor Aris:

Nunc ego pubentes ſalicum deuerberō frondes,

Gramineos nunc frango toros, uirideisq; per uluas

Lubrica ſubſtratis uestigia libro lapillis.

Sic lux prima abijt, ſic altera meta diei:

Sic geminas alterna rotat uertigo tenebras:

Sic alias, totusq; mihi ſic annus abibit,

Reſtituant donec tua me tibi fatā parentem.

Hæc ego conditione licet, uel morte pacifcar.

Dum decores ſuprema patriſ tu nate ſuperſtes.

f. Attica quæ docti

Sic apud diu. De

Granicinoſ nunc frango toros, uirideisq; per uluas

Lubrica ſubſtratis uestigia libro lapillis.

Sic lux, diu, ſic alterna rotat uertigo tenebras:

Sic geminas alterna rotat uertigo tenebras:

Sic alias, totusq; mihi ſic annus abibit,

Reſtituant donec tua me tibi fatā parentem.

Hæc ego conditione licet, uel morte pacifcar.

Dum decores ſuprema patriſ tu nate ſuperſtes.

Auson

Ausonius Theoni.

Ausonius Salve charo mibi dico Theoni

Versibus, expectans quod uolo, quodue queror.

Tertia fissipedes renouuit Luna iuuencas,

Dum fugitas nostram dulcis amice domum.

Nonaginta dies sine te charissime traxi:

Huc adde aestuos, hoc mibi pene duplum est.

Bis novies denos dicam, deciesq; nouenos

Isse dies: anni portio quarta abiit.

Sexaginta horas super et duo milia centum.

Te sine consumpsi, quo sine et hora grauis.

Milia bis nonaginta iubet demensio legum

Adnumerata reos per tot abesse dies.

Iam potui Roman pedes ire, pedesq; reuerti,

Ex quo te dirinunt milia pauca mibi.

Scirpea Domnotoni's tanti est habitatio uati:

Pauvrius tanti non mibi uilla foret.

An quis per tabulam medico pugnante notatam

Debita summa nubi est, ne repetamus, abess

Bis septem rutilos regale numisma Philippo

Nec tanti fuerint perdere malo, Theoni:

Implicitum quam te nostris interne medullis

Desore tam longi temporis in spatio.

Ergo aut predictos iam nunc rescribet arios,

Et redime, ut mora sit libera desidie.

* Aut abos ametotidem dabo dum modo chari

Conspicer ora uiri, pauperis usq; licet.

Puppe citus propera, sinuosaq; linteal ueli

Pande, Medullini te feret aura noti.

Expositum subter paratus, lectoq; iacentem,

Corporis ut tanti non moueat onus.

Vnus

Fissipedes
Iuuenes

Vnus a Domnotoni te littore perfert aestus,
Condatem ad portum si modo deproperes.

Inq; uicem uenti, quotiens tua flamina cessant,

Remipedem iubeas protinus ire ratem.

Inuenies presto subiuncta petorita mulis

Villa Lucani mox poteris aco.

Rescisco disce componere nomine uersum:

Lucilij uatis sic imitator eris.

Ausonius Consul vatem resaluto Theonem.

Aurea mala Theon, sed plumbea carmina mittis:

Vnus in asse quis putet has species?

Vnum nomen utriusq; sed est discriben utriusq;

Poma ut mala uoces, carmina uero mala.

Iambicum.

Vale beatus nomen a diuis Theone:

Methodus sed ista sepe currente indicat.

Ausonius Theoni, cum & triginta Ostrea, grandia

quidem, sed tam pauca misisset.

EX P E C T A V E R A M vt rescriberes ad ea quæ

dudum ioculariter luseram: de cessatione tua valde

impia, & mea efflagitatione, cuius rei munus recipi-

procū, quoniam in me colendo fastidisti, inueta inter

tineas epistola veteri, quam de Ostreis & Musculis af-

flectata obscuritate consideram, quæ adolescēs teme-

rē fuderam, iam senior retractavi. Sed in eundem mo-

dum instaurata est satyrica & ridicula concinnatio,

saltem vt nunc respondeas notissimæ cantilenæ, qui

illam noxitiam silentio condemnasti.

Ostrea Balanis certantia, que Medulorum

Dulcibus in stagnis reflui maris aestus opimat,

Accipe

Accipe dilecte Theon numerabile munus:
 Verum quot fuerint, subiecta monosticha signant.
 Quot ter luctatus cum pollice computat index,
 Geriones quot erant, decies si multiplicentur:
 Ter quot erant Phrygij numerata decennia belli:
 Aut ter ut Aeolidi mensis tenet ignicomus Sol.
 Cornibus à primis quot habet uaga Cynthia noctes:
 Singula percurrit Titan quot signa diebus:
 Quotq; annis sublimis agit sua secula Phæthon:
 Quot numero annorum Vestalis uirgo ministrat:
 Dardaniusq; nepos regno quo protulit annos:
 Priamidæ quo erant, si bis deni retrahantur:
 Bisq; uiros numeres, qui fata Amphrysia seruant.
 Quot genuit foetus Albana sub illicibus sus,
 Et quot sunt asses, ubi nonaginta trientes,
 Vel quot habet iunctos Vajatica rheda caballos.

Metrum iam
bicuum

Quod si figuræ fabulis adumbratas,
 Numerumq; doctus inuoluum ambagibus,
 Ignorat alto mens obesa viscere,
 Numerare saltim more uulgi ut noueris,
 In se retortas explicabo summulas.

Phalculum

Ter denas puto quinqueq; senas,
 Vel bis quinque, deinceps decem, decemq;
 Vel senas quater, & bis adde ternas,
 Septenis quater adde unum & unum,
 Duc binas decies, semelq; denas,
 Aut ter quattuor adde bis nouenis,
 Octonis quater hinc due recedant,
 Binas ter decies semel quaternas,

Et

EPISTOLAE.

Fissipedes calamij
273

Et sex adde nouem uel octo septem,
 Aut septem geminis bis octo iunge,
 Aut ne sim tibi pluribus molestus,
 Triginta numero fuere cunctæ.

Iunctus limicolis musculus ostreis
 Primo compositu fercula prandio,
 Gratus delicijs nobilium cibus,
 Et sumptu modicus pauperibus foci.
 Non hic naufragio queritur æquore,
 Ut crescat pretium grande periculis:
 Sed primore uado, post refugum mare,
 Algozo legitur littore concolor.
 Nam teste duplicitis conditur in specu,
 Quæ feruentis aque fota vaporibus,
 Carnem lacteoli uisceris indicat.

Metrū Ascle-
piadeum.

Sed damnosâ nimis panditur area:
 Fac campum replicemus Apapirium,
 Nec iam fissipedi per calami uias
 Graffetur Enidæ fulcus arundinis,
 Pingens aridula subdita paginae,
 Cadmi filiolis atri coloribus,
 Aut cunctis pariter uersibus obliniat
 Fuluan lacticolor spongia Sepiam,
 Parcamus uitio Dumnotine domus,
 Ne sit charta mihi carior ostreis.

Ausonius Paulo suo.

Ostrea nobilium coenis, sumptuq; nepotum
 Cognita, diuersaq; mari defossa profundo

ut supra

f. replicas Nusa papireu

Aut

decolor.

Aut refugis nudata uadis, aut scrupula subter
 Antra, & muriceis scopulorum mersa lacunis,
 Que viridis muscus, que dedecor alga recondit,
 Que testis concreta suis, ceu saxa, coherent:
 Que mutata loco, pingui mox condita limo,
 Nutrit secretus conclusse uliginis humor,
 Enumerare iubet, uetus omni Paule sodalis,
 Asidue facte meis ioculari carmine nugs.
 Aggredi ar, quamuis cur am non ista senilem.
 Sollicitent, frugiq; uiro dignanda putentur.
 Nam mihi non saliare epulum, non coena d' apalis,
 Qualem Penelope nebulonum mensa procorum,
 Alcinoi; habuit, nitida cutis uincta uiuentus.
 Numerabo tamen, famam testesq; sequutus,
 Pro studijs hominum semper diuersa probantum.
 Sed mihi pre cunctis ditissima que Medulorum
 Educat Oceanus, que Burdigalensia, nomen
 Vsq; ad Cesareas tulit admiratio mensas,
 Non laudata minus nostri quam gloria uini,
 Hec inter cunctas palmarum meruere priorem.
 Omnibus ex longo cedentibus ista, & opimi
 Visceris, & niuei, dulciq; tenerrima succo,
 Miscent equoreum tenui sale intacta saporem.
 Proxima sunt queuis, sed longe proxima multo
 Ex interallo, que Massiliensi portu,
 Que Narbo ad Veneris nutrit, cultuq; carentia,
 Helleponiaci que protegit equor Abydi,
 Vel que Balanis pendent fluitantia palis,
 Sanctonico que tecta salo, que nota Genonis,
 Aut Eborum mixtus pelago que protegit annis:
 Ut multo iaceat algarum obducta recessu

Aspera

Aspera que testis & dulcia farris opime.
 Sunt et Aremorici qui laudent ostrea ponit,
 Et que Pictonici legit accola littoris, & que
 Mira Caledonius nonnunquam detegit aestus.
 Accedunt, que fama recens, Byzantia subter
 Littora, & insana generata propontidis acta
 Promoti celebrata ducis de nomine, laudant.
 Hæc tibi non uates, non historicus, neq; toto
 Orbe uagus coniuua loquor, sed tradita multis:
 Ut solitum quotiens dextre in uitatio mensa
 Sollicitat lenem cornu sermone Lyxum.
 Hæc non per uulgum mihi cognita, perq; popinas
 Aut parvitorum collecta Plautinorum. collegia.
 Sed festos quia sepe dies partim ipse meorum
 Excolui, inq; uicem coniuua uocatus adiui.
 Natalis si forte fuit solennis amico,
 Coniugioq; dapes, aut sacra repotia patrum,
 Audiui, meminiq; bono laudare frequenter.

De ratione Libræ.

Miraris quicunq; manere ingentia mundi
 Corpora, sublimi coeli circundata gyro,
 Et tantæ nullam moli intercedere labem:
 Accipe quod mirere magis, tenuissimæ tantis
 Principiæ, & nostros non admittentia uisus,
 Paruarum serie constant connexa atomorum.
 Sed solidum in paruis, nulliq; secabile segmen,
 Vnde uires, uirgoq; manent, eternaq; rerum
 Mobilitas, nulloq; unquam superabilis auo.
 Diuinis humana licet componere sic est
 As solidus, quoniam bis sex de partibus æquis

Constat. & in minimis paribus tamen una manet uis.
 Nam si quid numero minuatur, summa uacillet,
 Conuulsæq; ruunt labefacto corpore partes:
 Ut medium si quis uellat de fornicè saxum,
 Incumbunt cui cuncta, simul deuexa sequentur
 Cætera, communemq; trahent à uertice lapsum.
 Non aliter libra est: si defuit uncia, totus
 Non erit as: nomenq; deuinx iam cassus habebit:
 Nec dextans retinet nomen, sextante remoto:
 Et dodrans, quadrante satus, auctore carebit:
 Diuulsusq; triens prohibet persistere bessem.
 Iam Quincunx tibi nullus erit, si prima reuelas:
 Et semis, cui semis erit, pereuntibus aëris
 Partibus, & cuius libra pars septima septunx?
 Libra igitur, totum si nulla in parte uacillet,
 Ponderis, & numeri, morumq; operumq; & aquarum
 Libra: nec est modulus, quem non hoc nomine signes.
 Telluris, medio que pendet in aëre, libra est.
 Et Solis, Lunæq; uias sua libra coërcet.
 Libra dij, somniq; pares determinat horas.
 Libra Caledonios sine littore continet æstus.
 Tu quoq; certa mane morum mibi libra meorum.

De ratione puerperii maturi.

Omnia que uario rerum metimur in actu,
 Astrorum dominatus agit, terrenaq; tantum
 Membra homini, è superis fortuna, & spiritus auris,
 Septena moderanda choro, sed presidet ollis
 Sortitus regimè nitide sol aureus æthræ.
 Nec sol in nobis moderatur tempora uitæ,
 Dum breue solliciti spatiū producimus æui.

Cred

Creditur occultosq; satos & tempora uitæ
 Materno ducenta utero, formare uidendo,
 Et nondum exoratae leges componere uitæ:
 Namq; ubi conceptus genitali insederit alio,
 Haud dubium solem cuicundq; insisterè signo:
 Qui cum uicini stationem ceperit aëtri,
 Contiguos nullum transfundit lumen in artus.
 Ast ubi conuersis post mensura tempora habe
 Scandit purpureo iam tertia sydera curru,
 Obliqua exilem dimittit linea lucem,
 Aspirans tenues per inertia pondera motus.
 Quarta in sede uiget primi indulgentia solis,
 Suadet & infusos teneros coalescere fœtus:
 Fulgor Tetrígono aspectus uitale coruscat
 Clarum, & lene micans, quintiq; cardine signi
 Incutit attonitum uegetato infante parentem.
 Nam sexto uis nulla loco, quia nulla tuendi.

Aequati lateris signatur regula Phœbo.
 Ast ubi signifer media in regione cohortes
 Septimus accepit limes, rutilantia flammis
 Recto castra situ turgentis fœdera partus
 Iam plena sub luce uidet, nec fulgura parci
 Lumini intendens, toto souet igne corone.
 Hinc illud, quod legitimos Lucina labores
 Preuenit, & grauidos sentit subrepere nixus
 Ante expectatum festina Puerpera uotum.
 Quod nisi septeno quum lumina fudit ab astro,
 Impulerit tardi claustra obluctantia partus
 Posterior, nequeat posse prior, an quia sexto
 Aemulus octauo conspectus inutilis aëtri

s 3

Nescit

Nescit compariles laterum formare figuræ.
Sed nono incumbens signo cunctantia matrum
Vota leuat, trigono uiris sociante sequenti.
At si difficultis trahit ilia, fidere rursum
Tetragono absoluat dubiarum uincula morarum.

De septem diebus.

Nomina qua septem uertentibus apta diebus
Annus habet, totidem errantes fecere planetæ:
Quos indefessa uolens uertigine mundus,
Signorum obliqua iubet in statione uagari.
Primum, supremumq; diem radiatus habet Sol:
Proxima fraternæ succedit Luna coronæ.
Tertius assequitur Titania lumina Mauors.
Mercurius quarti sibi uindicat astra diei.
Inlustrant quintam Iouis aurea sidera zonam.
Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem.
Cuncta supergrediens Saturni sepiuma lux est.
Octauum instaurat reuolubilis orbita Solem.

Monosticha de Mensibus.

Primus Romanos ordiris Iane Kalendas.
Februa uicino mense Numa instiuit.
Martius antiqui primordia protulit anni.
Fœtiferum Aprilem uindicat alma Venus.
Maiorum dictus patrum de nomine Maius.
Iunius atatis proximus est titulo.
Nomine Cæsareo Quintilem Iulius auget.
Augustus nomen Cæsareum sequitur.
Autumnnum Pomona tuum September opinat.
Triticeo October fœnore ditat agros.

Sid

Sidera precipitas pelago intempeste Nouember.

Tu genialem hiemem feste December agis. *Acceptus tempore illa D'Amber
habet. ovis. lib. 3 fasc. f.*

Disticha de iisdem mensibus.

Iane nouus, primo qui das tua nomina mensi,

Iane bisfrons, spectans tempora bina simul.

Post superium cultus, uicino Februa mense

Dat Numa cognatis manibus inferias.

Martius & generis Romani præsil, & ambi-

Prima dabus Latijs tempora Consulibus.

Aeneadum genitrix uicino nomen Aprili

Dat Venus: est Marti namq; Aphroditi comes.

Maiæ dea, an Maior Maij, te fecerit etas,

Ambigo: sed mensi est auctor uterq; bonus.

Iunius hunc sequitur duplice celebrandus honore,

Seu nomen Iuno, siue Iuuentu dedit.

Inde Dionæo præfulgens Iulius astro,

Aestatis media tempora certa tenet.

Augustus sequitur cognatum à Cæsare nomen,

Ordine sic anni proximus, ut generis.

Nectuntur post hos, numerumq; ex ordine signant.

September Bacchi munere prela rigans:

Et qui sementis per tempora fœnore letus,

October cupidi spem fouet agricole:

Quiq; salo mergens solemnia signa Nouember

Præcipitat celo mox redditura suo.

Concludens numerum, genialia festa December

Finit, ut à bruma mox nouus annus eat.

De tribus menstruis mensium.

Bis senas anno reparat Lucina Kalendas,

6

4

Et

Et totidem medias dat currere Iuppiter Idus.
Nonarumq; diem faciunt infra octo secundi.
Hæc sunt Romano tantum tria nomina mensi:
Cætera per numeros sunt cognomenta dierum.

Quoteni dies sint mensum singulorum.

Implent tricenas per singula menstrua luces
Iunius Aprilisq; & cum Septembre Nouember.
Vnum terdenis cumulatius adde diebus
Per septem menses, Iani Martisq; Kalendis,
Et quas Maius agit, quas Iulius, Augustusq;
Et quas October, positusq; in fine December,
Vnus erit tantum duodecimpta dierum.
Quem Numa preposito uoluit succedere Iano.
Sic tercentenis decies accedere senos,
Quadrantemq; & quinq; dies sibi computat annus.

Quo mense quotæ Nonæ vel Idus sint.

At Nonas modò quarta aperit, modò sexta refert lux:
Sexta refert Maij, Octobris, Martisq; recursu,
Et qui solstitio sua tempora Iulius infert.
Cætera pars mensum quartis est prædicta Nonis:
Omnes uero Idus octaua luce recurrent.

Quotæ Kalendæ sint mensum
singulorum.

Post Idus quas quisq; suas habet ordine mensis,
Diuersæ numero redeunt uariante Kalende:
Dum rursumq; iterumq; expleto mense uocantur,
Ut tandem oblati procedant temporis ortu.
Tercenæ, unoq; die, genialia festi
Porrigit, ut Ianum arce at noua bruma morantem.

Hoc

Hoc numero, mensisq; Numæ redit, autumniq;
Principium referens Bacchi September alumnus.
Iulius, & Maius, positusq; in fine December,
Octoberq; die reuocatur tardius uno.
Inde dies redeunt minus uno quatuor ultra
Quos numero adiiciam, Sextilis, Iunius, atq;
Aprilis, post quos penultima meta Nouember
Terquinis, unoq; die, Iunonie Mauors,
Ut redeas, referasq; exordia prima, cieris.
Integer hoc numero, ad plenum reparabitur annus.

Ratio dierum anni vertentis.

Nonaginta dies & quatuor, ac medium, Sol
Conficit, à tropico in tropicum dum permeat astrum,
Octipedem in Cancerum Phryxeo ab Ariete pergens.
Hoc spatio æstiu pulsisq; & meta diei,
Semidiemq; duosq; dies, deciesq; nouenos,
A Cancro in chelas æquata tempora noctis,
Atq; dij cursu peragit Sol aureus altero,
Autumni estatisq; simul confinia miscens:
Vnde autumnales transcurrentis ordine menses,
Ad tropicum pergit signum gelidi Capricorni,
Octo dies decies octonis insuper addens.
Quadrantemq; dij quinto qui protinus anno
Mense Numæ extremo nomen capit embolimæ:
Inde ad Agenorei festinans cornua Tauri,
Scandit lanigeri tropicum sol aureus astrum,
Nonaginta dies decreto fine coærcens.
Hic tibi circus erit semper uertenibus annis,
Tercentum ac senis decies, & quinq; diebus.

ss

In quo

In quo mensē quod Signum sit ad
cursum solis.

Principium Iani sancit tropicus Capricornus.
Mense Nume in medio solidi stat sidus Aquari.
Procedunt duplices in Martia tempora Pisces.
Respicis Apriles Aries Phryx.ee Kalendas.
Matus Agenorei nuratur cornua Tauri.
Iunius æquatos celo uidet ire Laconas.
Solsticio ardantis Cancri fert Iulius astrum.
Augustum mensē Leo feruidus igne perurit.
Sydere Virgo tuo Bacchum September opimat.
Aequat & October fementis tempore Libram.
Scorpius hibernum preceps iubet ire Nouember.
Terminat Arcitenens medio sua signa Decembri.

A solsticio in æquinoctium ratio.

Sol proiectus à teposo ueris equinoctio,
Post semidiem, postq; totos nonaginta & quattuor,
Feruidis flagratis habenis, pulsū æstuum conficit.
Inde Autumnus noctis horas librans equo lumine,
Octo & octoginta Goeres, & super trihorio
Inde floridum reflexit uer reuixit oreis
Additis ad hos priores Goeres geminis orbibus.

De lustralibus agonibus.

Quattuor antiquos celebrauit Achaea ludos:
Cælicolum duo sunt, & duo festa hominum.
Sacra Ioui, Phœbiq; Palæmonis, Archemoriq;
Serta quibus pinus, malus, oliu, apium.

De locis agonum.

Prima Ioui magno celebrantur Olympia Pise.

Parnassus

Parnassus Clario sacrauit Pythia Phœbo.

Isthmia Portuno bimaris dicata Corinthos:

Archemori Nemeæ colunt funebria Thebæ.

De auctoribus agonum. 3

Primus Olympiaca sacrauit festa corone

Iupiter Arguius studia ad longissima Circi.

Proximus Alcides Nemeæ sacrauit honorem.

Hec quoq; temporibus quinquennia sacra notandis,

Isthmia Neptuno data sunt, & Pythia Phœbo,

Ancipiti cultu diuorum hominumq; sepultis.

Quòd iudem qui sacri agones sunt, & func-
tiones ludi habentur. 4

Tantalida Pelopi mestum dic Chelis honorem.

Archemori Nemeæ colunt quinquennia Thebæ,

Isthmia defuncti celebrata Palæmonis umbris,

Pythia placando Delphi statuere Draconi.

De feriis Romanis. 5

Nunc & Apollineos tyberina per ostia ludos,

Et Megalestacæ matris operta loquar:

Vulcaniq; dies autumni exordia primi,

Quinquatrusq; Deæ Pallados expediunt;

Et medias Idus Maij Augustiq; recursu,

Quas sibi Mercurius, quasq; Diana, dicat: creastis Idus Augusq;

Matronæq; ut sacra colant pro laude uirorum, reddit Idibus Diana.

Mauortis primi cum redire dies.

Festa Caprotiniis memorabo celebria nonis,

Cum stola matronis dempta teget famulas.

Quattuor illa etiam discretis partibus anni

Solst

Solstitia, & luces nocte dieq; pares.
 Nec Regisugium pulsis ex urbe tyrannis,
 Letum Romanis fas reticere diem.
 Vis & Opale sacrum uel Saturnalia dicam,
 Festaq; seruorum, cum famulantur heri:
 Et nunquam certis redeuntia festa diebus,
 Compita per uicos cum sua quisq; colit:
 Aut duplicum cultum, quem Neptunalia dicunt.
 Et quem de Conso consilijsq; uocant?
 Festa haec, nauigis aut que celebrata quadrigis,
 Iungunt Romanos finitosq; duces.
 Adiiciam cultus, peregrinaq; sacra deorum,
 Natalem Herculeum, uel bouis Iiacae:
 Necnon laetui Floralia leta theatri,
 Que spectare uolunt qui uoluisse negant.
 Nunc etiam ueteres celebrantur Equiria ludi:
 Prima haec Romanus nomina Circus habet.
 Et Dionysiacos latio cognomine ludos
 Roma colit, Liber que sibi uota dicat.
 Aedileis plebeij etiam, edileisq; curules
 Sacra sigillorum nomine dicta colunt.
 Et gladiatores funebria prælia notum
 Decerasse foro: nunc sibi harena suos
 Vindicat, extremo qui iam sub fine Decembri,
 Falcigerum placant sanguine caligenam.
 Quinti Ciceronis versus eo pertinent, ut quod si-
 gnum, quo tempore inlustre sit, nouerimus:
 quod superius quoque nostris ver-
 fibus expeditur.
 Flumina uerna carent obscuro lumine Pisces,
 Curriculumq; Aries æquat noctisq; dijqt;

Corn

Cornua quem comunt florum prenuntia Tauri,
 Aridaq; æstatis Gemini primordia pandunt,
 Longaq; iam minuit præclarus lumina Cancer,
 Languidusq; leo proflat serus ore calores:
 Post modicum quatiens Virgo fugat orta uaporem:
 Autumni reserat portas, æquatq; diurna
 Tempora nocturnis dispenso sydere Libra:
 Et fœtos ramos denudat flamma Nepai.
 Pigræ Sagittipotens iaculatur frigora terris.
 Bruma gelu glacians iubar est spirans Capricorni,
 Quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari:
 Tanta supra circaq; uigent humi flumina mundi.
 At dextra lœuq; ciet rota fulgida solis
 Mobile curriculum, & Luna simulachra feruntur.
 Squama sub æterno conspectu torta Draconis
 Eminet hunc inter fulgentes æthera septem
 Magna quatit stellans quam seruans serus in alta
 Conditor Oceani ripas cum luce Bootis.
 Hic versus sine autore est, qui quidem demi
 de corpore oporteat.
 Ungues Mercurio, barbam Ioue, Cypride crines.
 Hoc sic refellendum.
 Mercurius furti probat unguis semper acutus,
 Articulisq; aciem non sinit imminui.
 Barba Ioui, crines Veneri: decor ergo necesse est,
 Ut nollent demi quo sibi uterq; placet.
 Mauors imberbes, & caluos Luna adamasti:
 Non prohibent comi tum capit, atq; genas.
 Sol & Saturnus nil obstant unguibus: ergo
 Non placitum diuis tolle monostichium.

Domino

PAVLIN. GESTIDIO.

Domino merito suspicioendo Gestidio Paulinus.

INIVRIA quidem est patrifamilias maritimis delitiis abundantia, terrenum aliquid & agreste praebere: sed ego ut & causa mihi esset apud unanimitatē tuam aliquid colloquendi, & aliquod sermoni huic obsequium viderer adiungere, pauculas de paucissimis, quas pueruli vespero inferūt, ficedulas misi: quatum cum erubescerem paucitatem, plura etiam verisiculis verba subtexui, quasi vero numerum loquacitatem fakturus. Sed quia vtraque culpabilia sunt, tu vestrisq; benigne ac familiariter ignoscēdo facies, ut nec inhumana videatur paucitas, nec odiosa garrulitas.

Sume igitur pastas dumoso in rure uolucres,
Quas latitans filicis sub tegmine callidus aucepis
Dum simili mentitur aues, fallitq; susurro,
Agmina uiscatis suspendit credula uirgis.
Tunc referens tenucm non paruo munere predam,
Digerit aucupium tabulis, & primus opimis
Ordo nitet sensim tenuatus ad ima tabelle,
Ut minus offendat macies prelata sagine,
Gratia praeuentas pingui iuuat alte uisus.

Ad eundem.

Pauperis ut placeat carum tibi munus amici,
Munera ne reputes que mittis ditia nobis.
Nam tibi quid dignum referam pro piscibus illis,
Quos tibi uicinum locupleti gurgite litus
Suppediat nuros specie, formaq; * direptos.
At mibi uix alto uada per saxosa rando
Rarus in obscura generatur fondulus alga.
Hinc te participans bis quinq; & bis tibi ternis
Transfusi æquoreo redolentes nectare testas,

Quas

ORATIO PAVLINI.

Quas uiscus præ dulce replet bicolore medulla.
Oro libens sumas, nec uilia dedigneris,
Quæ sunt parua modo magno metitus amore.

Oratio ad Deum eiusdem Paulini.

Omnipotens genitor rerum, cui summa potestas,
Exaudi si iusta precor, ne sit mihi tristis.
Vlla dies, placidam nox rumpat nulla quietem.
Nec placeant aliena mihi, quin ex mea profint
Supplicibus, nullusq; habeat mibi uota nocendi,
Aut habeat nocitura mihi, male uelle facultas
Nulla sit, ac bene posse adsit tranquilla potestas,
Mens contenta suo, nec turpi dedita lucro.
Viuat corporeas casto bene conscientia lecto
Inlecebras, turpesq; locos, obscenaq; dicta
Oderit illa nocens ex multum grata malignis
Auribus effuso semper rea lingua ueneno.
Non obitu adfligat cuiusquam, aut finere crescam.
Inuidet nunquam cuiquam, nec mentiar unquam.
Adsit leta domus, epulis adludat inempis
Verna satur, fidusq; comes, mitidusq; minister,
Morigera ex coniuncta, caraq; ex conuge nati.
Moribus h.ec castis tribuit deus, hi sibi mores
Perpetuam sp̄ondent uentura in secula uitam.

Epigramma de pastoribus à Citerio Sidonio Oratore factum.

Almo, Theon, Thyrſis, orti sub monte Pelori,
Semine disparili Laurente, Lacone, Sabina.
Vite Sabina, Lacon sulco, sue cognite Laurens.
Thyrſis oues, uitulos Theon egerat, Almo capellus.
Almo puer, pubesq; Theon, & Thyrſis ephebus.

Canna

S V L P I T I A E T A R O

Canna Almo, Thyrſis ſtipula, Theon ore* melodus.
Nais amat Thyrſin, Glauce Almona, Nifa Theonem.
Nifa rosas, Glauce uiolas, dat lilia Nais.

Epigramma Hadriani Imperatoris de
Amazonum pugna.

Vt belli ſouuere tubæ, uiolenta peremit
Hippolyte Teuthranta: Lyce Clonus: Oebalon Alce.
Oebalon, enfe: Clonus, iaculo: Teuthranta, sagitta.
Oebalus ibat equo: curru Clonus: at pede Teuthras.
Plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros.
Figitur ora Clonus: latius Oebalus: lilia Teuthras.
Epicly Teuthras, Derascly Clonus, Oebalus Ide.
Argolicus Teuthras, Moesus Clonus, Oebalus Arcas.

S V L P I T I A E P O E T R I A E
C A R M E N.

Queritur de ſtatu Reipub. & tempo-
ribus Domitiani.

M V S A quibus numeris heroas & arma frequentas,
Fabellam pernute mihi detexere paucis:
Nam tibi ſecifī, tecum penetrare retractans
Confliuum: quare nec carmine curro phaleuco.
Nec trimetro iambo: nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci dicit deuce Clazomenio:
Cetera quinetiam, quo^t deniq^u millia luſi,
Primaq^u Romanos docui contendere gratis: *Graīs.*
Et ſalibus uariare nouis conſtanter omitto:
Teq^u quibus princeps & facundissima calles *es et.*
Aggregdior: precibus deſcende clientis & audi.

Dic

C A R M E N.

Dic mihi Calliope, quidnam pater ille deorum
Cogitat an terras, & patria ſecula mutat?
Quaq^u; dedit quondam morientibus eripit artes.
Nosq^u; iubet tacitos etiam rationis egenos?
Quid reputemus enim duo ſunt quibus extulit ingens?
Roma caput: uirtus bellū, & ſapiencia pacis.
Sed uirtus agitata domi, & ſocialibus armis.
Non aliter primo quā cum surreximus auo
Glandibus & pure rurſus procurrere lymphæ: *f* *puro cursu.*
An reliquias terras conſeruat amicus & urbessimonia
Sed genus Aufonium Romuliq^u; exturbat alumnos *f* *Romiss.*
In freta Sicaniæ, & Carthaginis exilit arces, *f* *eject?*
Ceteraq^u; imperia, & totum ſimul abſtulit orbem?
Deinde uelut ſladio uictor qui ſolus Achæo
Langueſ & immota ſecum uirtute faceſſit: *f* *semī uirtute laeſſit.*
Sic uidem Romana manus contendere poſtquam *f* *capeffit.*
Deſtituit, & pacem longis frēnauit habenis,
Ipsa domi leges & Graia inuenta retractans,
Omnia bellorum terra queſita mariq^u:
Præmia confilio & molli ratione regebat.
Stabat in hiſ: neq^u enim poterat conſtarare ſine iſpis. *f* *illis.*
Aut fruſtri uxori mendaxq^u; Dieſpiter olim *f* *mendace Dieſpiter ore.*
Imperium ſine fide dedi, dixiſſe probatur.
Nunc iigitur qui res Romanas inſerat inter
Non trabe, ſed tergo prolapsus & ingluie albus.
Et ſtudia & ſapiens hominum nomenq^u genuq^u:
Omnia abire foras atq^u; urbe excedere iuſſit. *f* *Graīs hominane.*
Quid facimus? Graīs hominunq^u relinquimus urbes.
Vt Romana foret magis hiſ inſtructa magiſtris. *D. Graīs hominane*
Non Capitoline ueluti turbante Canullo *f* *relinquimus urbe,*
Enſibus & trutina Galli fugere relicta. *Nun.*

t Sic

290 Sulpitiae Carmen.

Sic nostri palare senes dicuntur, & ipse.
 Ut ferale suos sonus extirpare libellos,
 Ergo Numantinus Libycusq; errauit in isto
 Scipio, qui Rhodio crevit formante magistro,
 Cetera & illa manus bello secunda secundo,
 Quos inter priisci sententia dia Catonis
 Scire deos magni fecisset, utrum ne secundis,
 An magis aduersis staret Romana propago.
 Scilicet aduersis nam cum defendier armis
 Suadet amor patriæ, & captiuus penatibus uxoris
 Conuenit ut uespis, quarum domus arce Moneta
 Turba regens strictis per lutea corpora telis.
 Ast ubi apes secura reddit oblitera fauorum,
 Plebs fraterq; una somno inoruntur obeso.
 Romulidarum igitur longa ex gravis exitium pax.
 Hac fabelli modo paucam facit, optima posth. 10
 Mysa uelim moneas, sine qua nihil nulla uoluptas
 Viuere, uti quandam Smyrnalibus peribat
 Nunc itidem migrare uelint, uel deniq; quiduls
 Ut dea quere aliud, tam uim Romana Caleno
 Moenia incundos pariterq; auerte Sabinos.
 Hec ego tum paucis dea me dignarier infit.
 Pone metus equos cultrix mea, summi tyranus
 Hec instant odia, & nostro periurius honore est:
 Nam Laureta Nume fontesq; habitamus eosdem,
 Et comite Ageria ridemus inania cepta.
 Vnde uale, manet hunc pulchrum tua fama dolorem,
 Musarum spondet chorus, & Romanus Apollo.
 Constantini censura castigatum.

INDEX

Index rerum memorabiliū quæ

IN HIS AVSONII SCRIP-

ptis continentur.

*	
A	Bsentis desiderium 138
Achillas	18 + 252
Achillis epitaph.	259
Acindynus	12
Adam & Eva	61
Adonis	73
Adultera uxor iuriscon-	Actates animalium 95
sulti	Afranius 18
Acas	Agamemnonis epitaph. 259
Aedoneus	Agathocles rex se figuli-
Aelius Hadrianus	lum profatur 3
Aelius Pertinax	Aglaus beatus 46
Aemilia Aeonina mater Au-	Agnus de agna 17
sonij	Agones lusoriales. 282
Aemilia Corinthia Matra	eorum locus. ibidem.
auia	autores 283
Aemilia Dryadia mater tera	Alacis epitaph. 259
236	Alause 83
Aemilia Hilaria mater te-	Aicon medicus 19
ra	Alethius Minerius, filius,
Aemilia Melania soror Au-	rhetor 244
sonij	Alexandri Macedonis ma-
Aemilius Magnus Arborius	gnanimitas 180
auunculus Auson. 224	Alexandria 37. 175
	Alisonitia 91
	Amic

INDEX.

- Amicam qualem uelit 11. Areias 39
 20
 Amicorum paria 137 4
 Amisse puelle 28 Aristarchus censor scriptor
 Ammonius Anastasius, grā- rum Homeri 43
 matic. 249 Aristides 92
 Amphimachi epitaph. 262 Aristippus 66
 Amor disper 22 Athene 40
 Amor mutuus 24 Atlas 68
 Amoris remedia 22 Astyanactis epitaphium
 Anchore signum 38 261
 Androgynus 18 Atilius Glabrio, grammaticus 256
 Anitiae puelle epitaphium 5
 Anni tempora 34 Atticus Tyro Delphidius, rhetor 243
 Anni uertentis dicrum ra- Atticorum garrulitas 48
 tio 281 Attius Patera, rhetor 242
 Antilochi epitaph. 260 Attusia Lucana Talis 234.
 Antilogium fabularum. 155 228
 Antiochia 37 Aitusius Lucanus, Talis 227
 Antisthenes Cynici imagini 9 sacer 227
 Antonius 59. 60. be- Augusto poëta 1
 neficus 184 Augulti consulatus 174
 Apellis Venus 25 Augulti mater 3
 Apollo Daphnen perse- Auitianus frater 230
 quens 24 Aurum laqueo commuta-
 Aponius 42 tum 8
 Apuleius 120 266 Ausilius, grammaticus
 Aquileia 39 Ausonius honoribus austus
 Arauus fluius 91 70. medicus 64
 Auson

INDEX.

- Ausonij plures 68 cœlestis 5. 6
 Ausonij origo et professio Capito pisces 82
 211. 64 Capua 38
 Ausonij poëmatia 2. fasti Caracalla 60
 33 Carthago 37. 175
 Ausoniorum progenies 65 Castor 15
 Ausonius parvulus filius Castori fellator 28
 229 Catina 40
 Ausonio nepoti 71 Censorius Atticus Agriclus,
 Autumni tempus 34 rhetor 250
 B Centones 114. 115
 Bacchus 9 Cerui uiuaces 103
 Biantis dictum 45. 49. Cerui uita 95
 sententia 51 Chilonis dictum 45. 48.
 Bilbilis 143 sententiae 53
 Bissula 77. 78 Chiron 68
 Brachara 40 Chœrilus 155
 Bucula Myronis 16. 17. Chrestus 12
 Burdigala 41 Christianus pius 140
 Byrsa Punica 37 Christus 139
 C Christus pro Apolline et
 Cæcilius Argicius Arborius musis 138
 12 annus 225 Chromionis epitaph. 263
 Cæcus claudum gestans Q. Ciceronis uersus 264
 12 30 Citarius Sicul. Syracusanus
 Cæsari fera intersecta 2 gram. Græc. 250
 Cæsarum catalogus 54. Citerij Sidonij epigramma
 imperia 55. mors 55 287
 Caligula 56 Cisum trijuge 121
 Canace 74 Cistos 29
 Canis terrestris, marinus, Cladius 54. 55. 56. 57
 3 Claud

INDEX.

- Claudius ceco dux 30 Daphne 21. 24
 Cleobulus 53. eius dictum in Degenerem 8
 45. sententie 52 Deiphobe annosa 112 7
 Coena nuptialis 115 Deiphobi epitaph. 261
 Commodus imp. 59 Demosthenis enthymemata
 Concordius, grammaticus 167. studium 33
 248 Dieois 164
 Constantopolis 37.175 Didius Julianus 59
 Consulum prior nuncupatus 27
 180 Dido 27
 Consus 17 de Diebus septem 278
 Cl. Contentus patrius 227 Dinochares 89
 Costos 29 Diodorus haruspex 19
 Corduba 40 Diogenis Cynici tumulo
 Cornicis uita 95. 103 14
 Coruini consulatus 174 Diogenis epigr. 265
 Corui uita 95 Diomedis epitaph. 259
 Corydoni marmoreo 10 Diomedis equi 134
 Crispa 18. 20 Dione 20
 Crispus, gramm. 254 Dionysius 29
 Crocus 73 Diues moechus et degener 8
 Croesus & Diogenes 14 Diniit ac pauperi pariter
 Croeso dictum Solonis 46 regentibus 31
 Cumbe 86 Diuitiarum usus 33
 Cupidini 20 Dodra potio 21
 Cupido cruci fixus 72 Domitianus 58. 174
 Cynei epitaph. 261 Drepanio 43. 267
 Cyrus 47. 182 Dryadia filia Paulini 235
 Damon 135 Dummissus 239
 Danubius 2. 3 Dynamius 256
 Duct

INDEX. I

- Δύτερως I 22 181 Fing. inscriptio
 E 231 Fastorum libri Ausonij 33
 Echinus 231 Faustulo statuere breuis 28
 Echo dolens 23 Felicis tumultus 3
 Echo ad pictorem 24 Fellatori 28
 Elissa 24 Feriae Romanae 28
 Emerita 40 Fescennini 119
 Emporus 232 Fortune uarietati 83. 33
 Endymon 24 Forum 12. 44
 Ephemeris 213 Fratres male nominati 12
 Epicedion in patrem 64 Fronto 175
 Epicureus deus 27 Furippus 26
 Epicuri opinio 27 Gabagoili
 Epistola Ausonij 266 Galba 54. 55
 Epithalamium 119 57
 Epitaphia heroum, qui 24
 bello Troiano interfuerunt 258
 Equi admirabilis epigram. 264
 264 Galla 24
 Eriphyle 73 Gallius 44
 Erminiscius Regulus 234 Gortynius 89
 Eryx 75 Est & non 96 Gracchus 182
 Euno liguritorum 28 Eunomus malus medicus
 19 Graculus 13. 131
 Eunomi epitaph. 263 Grammatico 13. 32
 Grammatici Greci Burdi-
 galens. 246. Latini 247
 Euno liguritorum 28 Euphemii epitaph. 262 Gratia celeris & tarda 20
 Euryali epitaph. 263 Exuperius, rhetor 252 Gratianus ægrotos curat
 Exuperius, rhetor 252 184
- t. 4 Gr

INDEX.

- Gratiani pietas 181
 Gregorio filio 72
 Gryphus 103
 Hadriani imperatoris epigramma. 288
 Hecatae dies festus 72
 Hectoris epitaphium 36.
 261
 Hecuba epitaphium 263
 Helena. 15. eius ratio duplex 187
 Heliogabalus 60
 Herculanus, grammatic. 249
 Herculis labores 34
 Hermaphroditus 17. 24.
 275
 Hermione zona 23
 Hesperio filio 54. 67.
 267
 Hippolyti epitaph. 263
 Hispanie loci insigniores 150
 Homerus. 69. eius poëmatum periochæ & eponomia 186
 Hominum vita 95
 Hyacinthus 73
 Hyemis tempus 35
 Hylas. 22. raptus 23
- I
 Ictinus 89
 Idus mensium 280
 Ilerda 143
 Iliados periochæ 186
 Imperator bonus 183
 Impius 143
 Impudica mulier 18
 Incesti 28
 Isocratis conclusiones sophistice 167
 Lucundus, grammaticus 247
 Iulia Cataphronia amita 236
 Iulia Dryadia soror 230
 Iulia Idalia consobrina 237
 Iulia Veneria amita 237
 Iulius Cæsar 56
 Iulius Callipio patruus 227
 Iulius Ausonius pater Ausonij 223
 Kalendæ mensium 280
 Lacene dictum filio 18
 Laconismus 48
 Laidis speculo 15
 Laodamia 74
 Laqueus auro cōnūtatus 8
 Lat.

INDEX.

- Latinus Alcimus Alethius, Mars rhetor 240
 Leo trucidatus 2
 Leontius Beatus, grammaticus 246
 Lepus omnibus rapina 235
 Lesbie 28
 Libello suo Epigramma 10
 Libero patri 9
 de Libra ratione 275
 Ligos Byzantina 37
 Liguriori 28. 29
 Lucanus Talius 234
 Luciolus, rhetor 241.
 242
 L. M. in marmore 10. 11
 Lucius piscis 83
 Lucumo Samius 164
 Ludi funebres & agonies 279
 sacri idem 283
 M
 Macrinus, grammaticus 248
 Marcellus Marcelli fil. grammatic. 253
 Mannus 121
 M. Antoninus 59
 M. Pullaria 18
 Margeus 89
 Marij consulatus 174
 Lat.
- Mars 107
 Medee im:gini 30
 Medicus imperitus 19
 Mediolanum 38
 Megentira soror Ausonij 235
 Menander. 69. eius uersus
 de ingratis. 32. de opibus 33
 Menecratis artes 89
 Menelaus eloquens. 156.
 subtilis 172
 Menelai epitaphium 259
 Menses 34
 Menses quot diebus consistunt 280
 de Mensibus monosticha & disticha de ijsde 278.
 Mercurio dies festus 72
 Merœ ebriosa 7
 Metellus pius 176
 Modestie commendatio 3
 Monosyllaba 106. 107.
 Mosella 38. 80
 Muræna 44
 Mustella piscis 83
 Mylobarbum Liberi pastris 9
 Myron & Lais 6
 Myr.

INDEX.

- Myronis bucula 16.17
 N
 Naij & ñou 96
 Nais 82
 Namia Pudentilla 233
 Narbo 41
 Narcissus 23.73
 Nardus 29
 Nasli epitaph. 262
 Nemausus 42
 Nemesis. 91. eius statue 7
 Nepotianus, grammaticus 251
 Nero 54.55.56.57.175
 Nerua 58
 Nestor dulciloquius 156.
 Nestoris epitaph. 260
 Niobæ. 21. eius marmorii 15
 Niobes epitaph. 264
 Niuomagus 80
 Nolant luxuriosi 18
 Nonæ mensium 280
 Notarius helox 35
 Numidæ infrenes 181
 Nuptiae 115
 O
 Occasionis & Pœnitentiae 159. 161. 273
 simulachro 4
 Octauius 56
 Opilius Macrinus 63
 Orbis partes 125
 Orcus 264
 Oscaen auis 103
 Osiris 9
 Ostomachia 114
 Otho 54.55.57
 Pacato 106
 Palladis cum Venere lucta
 Parentalia 222
 Pasiphaë 73
 Pastor nepos ex filia 229
 Paua de pauo 17
 Paulinus sororis gener 236
 Paulinus Ausionio 144.
 146.
 Paulinus Gestido 286
 Paulino 106. 127. 128.
 130. 132. 134. 136. 141.
 143.
 Paulini oratio ad deum
 287
 Paulinus filius Paulini 235
 Paulo 76. 113. 121. 123.
 159. 161. 273
 Pegasus 129
 Penelope 31
 Per

INDEX.


- Perca pescis 83
 Pergamus scriptor 6
 Periander. 53. eius dictum. 45.50. sententiae 181
 Phædra 73
 Phægeus 22.23
 Phanaces 81.71 9
 Philo 89
 Philomuso 12
 Phœbicius, grammaticus 248
 Phoenix uita 95
 Pindarus 49
 Pittacis. 50.53. eius dictum. 45. sententiae 52
 Pollux 15
 Polydori epitaph. 262
 Polygiton 25
 Polyxene epitaph. 264
 Pomona 157
 Pomponia Vrbica 238
 Pompon. Maximus adfinis 231
 Pomp. Maxim. Herculanus 232
 Praxitelis Venus 15
 Precatio matutina 214
 Precatio Consulis Ausionij 219.221
 Priapus 75
 Priami epitaph. 263
 Probo pœficio pœtorio 155
 Procris 73
 Proculus que scribit super primens 10
 Protephilai epitaph. 261
 Professores Burdigalenses 239
 Ptolemai aula 89
 de Puerperij maturi ratio ne 276
 Pyrrhi epitaph. 260
 Pylades 135
 Pylei epitaph. 263
 Pythagore silentium. 142.
 metempsychoſis 18
 Pythie ſpecus 76
 Quintilianus 175
 R
 Redo pescis 82
 Rhenus 112
 Roma 37.175
 Roſtra 44
 Rudinus 112
 Rufo rhetori imperito 13.
 14
 Rutupinus latro 39
 S
 Sabina textrix & poëtria 75
 Sagun

INDEX.

- Saguntus 100 Solstitium 282
 Salar piscis 82.83 Statilus, rhetor 254
 Salgama 29 Sulpitiae poëtriae carmen
 Salmax cum Hermaphro= 288
 dito 24 Syagrio 212
 Salmo piscis 82.83 Symmachus Ausonio 78.
 Fl. Sanctus 233 165.168
 Sappho 73 Symmacho 101.166
 Sapphus simulachro 10 Syracuse 40
 Sarda 29 Taberne 79
 Sario 83 Tarraco 40
 Sarpedonis epitaph. 262 Tarradio 154
 Scabiosus 25 Thalassus, grammatic. 250
 Scytale Laconica 133 Thales. 54. eius dictum. 45.
 Sedatus, rhetor 253 Thibetanus 162.270.271
 Semele 73 49. sententie 53
 Seneca 175 Thebani fratres 32
 Senum connubium 7 Theoni 162.270.271
 Sepulchrum Latine uiae Thrasybulius Lacedemo= 27
 nius 8
 Sepulchro uacuo 265 Tiberius uictor Mineruius
 Sergius Galba 57 orator 239
 Seuerus 59 Timauus 43
 Seuerus Censor Julianus 234 Tirefias 17
 Siderum nomina 35 Tolosa 40
 Signa que sunt singulis mē Traianus 58
 fib. 282 Treueri 38
 Silurus 83 Troili epitaph. 262
 Solon. 53. eius dictum. 45. V
 46. sententie 52 sub Valentiniani signo mar= moreo

INDEX.

- moreo 2 Vitellius 54.57
 Vallatinus Euromius gener Vlysses grandiloquus. 172.
 231 eloquens 156
 Venus Praxitelis 15 Vlyssis epitaph. 259
 Veneris simulachro 10 Vocis absone hominis epi= Veria Liceria 232 gram. 265
 Veris tempus 35 Vrbicus, grammatic. 254
 Vesenuus 86 Vrfulo 126
 Vespasianus 54.55.57.58 Z
 Victorinus 255 Zenodotus 43
 Vir bonus 96 Zoilo cui mocha uxor 21
 Virgiliius. 64. eius pro= prietas 167 FINIS.



Collis, aut Collonali proprio loco citibus resuta (genit. apud recto.
Auson. Vtifisi exiret collis.

Luid vero est, ceterū si — diversus ^{parc} arch
Annuus numerū milia possidens;
Et tentas culti ingra ^{multa} soli!
Nul minus idcirco, quia qui vixit oīs regens,
Nil misericordia victimam dabis aris?

Alloquia
Cavetū et dignos nos habuisse tuo,

Ad Epist. Pol. Auson. XVII. See ep. Vinitio ad marginis
pag. adpingenda; ad XIX illis.

Sotadicov te Kivaidov. Metru Sotadicu
a Sotade Posta sic dictu, qui eo puerum usq; ut
pluvias et Kivaidous, nigras, et ridiculas,
cingida, et obscena scribit carmina,

Iavikov æmphi deponet, 2. Ionicu utriusq;
2. Ionicu a maior, et Ionicu a minor, Lingua
enī Ionica scripta Sotades, inquitq; scripta Ionica
nominata, atqueq; hinc pos Ionicu, quo illi in Ioni-
cis suis crebro usus, constat aut sic quatuor syllabis
dubius logis, et totidē brevibus, quare loge si posset
ut in xbo Præcedens, Ionicu a maior appellatur,
si figuratur, Ionicu a minor, ut Religari-

genuis expletu estat Secu. Fortis iunctus, summa
Corona

Alberij, Sapientis Deus audet, quo genit Horat.
u/), Misericordia est nigris amori dare lude;

